CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS XX.

CANTACUZENUS.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXI.

IOANNIS
CANTACUZENI
EXIMPERATORIS
HISTORIARUM
LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXI.

PRAEMONITUM.

Cum iam in eo sim, ut, quid in hoc altero Cantacuzeni volumine praestitum sit, exponam, facere non possum, quin acerbissimam casus illius memoriam renovem, qui necopinato nuper boni cuiusque animum perculit et afflixit. Cuius enim consilio auspiciique felicitate haec ipsa Byzantinorum scriptorum collectio et condita est et in laetam spem accrevit, eum subita atque immatura morte ereptum nobis esse, quis est, quem nunc demum edoceri oporteat? Quippe Niebuhrius ea erat nominis gloria, immortalibus in rem litterariam meritis parta, ut et vivus, si quis alius, inter humanitatis decora splendidissima celebraretur, et, ubi vita decessit, longe lateque triste sui desiderium diffunderet communisque iacturae sensum excitaret. Et vero nuntius iste eo gravius omnium animos affecit, quod in magna et multiplici calamitate, quam, tot viris praeclaris summaque doctrinae laude conspicuis, nescio qua fati iniquitate, intra hoc breve temporis spatium ex-

tinctis, litterae nostrae acceperant, is unus cum paucis superesse videbatur, qui rem afflictam sustineret, in quem ceteri velut in exemplum severioris ac prorsus antiquae eruditionis intuerentur, in quo, quaecunque sive ad amplitudinem litterarum, sive ad arcendam fortiterque repellendam superstitionem et barbariem facerent, summa inesse omnia constaret. O spem inanem fragilemque humanae magnitudinis conditionem! Hunc talem virum, in quo tanta esset ingenii vis ac pulchritudo, tantus in omnibus, quae proderet, generosae et excelsae mentis vigor, tanta amplitudo doctrinae, integritas animi et candor, morum denique suavitas, qua omnium voluntates alliceret et in maiorem sui admirationem raperet, hunc, inquam, eodem mox fato oppressum esse, et, cum ne summa quidem senectute decessurus sine bonorum querimonia fuisset, oppressum esse in ipso integrae aetatis cursu, florentem adhuc viribus deque litteris praeclare merendi studio occupatum felicissimo. Quanquam quid ego mortem queror immaturam? in qua quidquid acerbitatis et iacturae inest, non ad Niebuhrium, sed ad nos pertinet, quibus eo non amplius frui licet. Ille satis, dum viveret, nominis existimationi consuluit et virtute effecit sua, ut non annorum numero, nec spatio aetatis vita eius censeatur, sed fama et meritorum laude ac grata piaque memoria, quae tamdiu infixa haerebit in animis hominum, quamdiu litteris ipsis et honor et nomen constabit. At sentio me impetu quodam doloris, cuius est in

ipsa desideratissimi viri recordatione remedium aliquod et levamen positum, longius abripi atque ab eo, quod huic volumini praefari institui, aberrare. Quare, ut ad propositum me referam, indicandum est, eiusdem Niebuhrii beneficio et incredibili, quo totius Byzantini operis et utilitati et decori prospexit, studio effectum id quoque esse, ut, cum antea Cantacuzeni textus unius tantum Parisini codicis auctoritate niteretur, novum iam, idque valde a nobis, cum primum volumen edebamus, expetitum, rei criticae praesidium suppeteret, cuius ope emendatio huius scriptoris paullo certius institui posset. Cognoveram nimirum e censura tomi primi, a Spengelio V. D. in Seebodii Bibl. Crit. a. 1829. num. 87. sqq. facta, asservari in Monacensi bibliotheca codicem illum Bavaricum, unde Pontanus Cantacuzenum aliquot annis ante latine edidit, quam graeca e Parisino codice prodirent. Cumque lectionis specimina, inde enotata, satis ostenderent, non inutilem eius conferendi laborem fore, facile Niebuhrius a liberalitate Lichtenthaleri, viri humanissimi, qui bibliothecae Monacensi praeest, impetravit, ut liber huc mitteretur. Est autem codex saeculi XVI., chartaceus, forma maxima, foliis 606. constans, scriptura nitidissima. In margine exhibet lectionum varietatem satis amplam, cuius longe maxima pars ex codice vetustiore deprompta est; quaedam correctoris ingenio debentur. Diligentissime igitur hunc librum, quem Monacensem vocavi, cum Parisina editione contuli; qui quantum mihi pro-

fuerit emendandique operam meam levaverit, nihil attinet dicere: res ipsa docebit. Quoties enim vitia, quibus Cantacuzenus, qualis e Parisino codice prodiit, passim inquinatus est, ad huius fidem correxi, aut si quid prorsus omissum erat antea, inde supplevi et integritati suae reddidi, sedulo faciendum curavi, ut Parisini libri dissensum indicarem. Ubi utriusque codicis lectionem annotatam reperies, ibi scito, quod in textu legitur, coniectura a me restitutum esse; quanquam id et parcissime feci, et ea semper, ut debui, moderatione, ut nihil quidquam ex ingenio mutarem, nisi ubi res certissima videretur. Quin etiam in eo genere quaedam servavi, quae nunc correcta mallem, velut p. 21, 19., ubi pro eo, quod uterque codex habet *προσιστάμενον*, non dubito, quin emendandum sit *παριστάμενον*. Vid. p. 207, 3. 237, 10. Deinde scribendum est p. 80, 4. non *θεοῦ συναιρουμένου*, sed *θεοῦ συναιρομένου*, ut in eadem formula apud nostrum saepius. Reliquum est, ut moneam, quidquid variantium lectionum in duobus prioribus libris codex Monacensis habet, insertum iri volumini tertio, quod mox prodibit.

Scr. Bonnae mens. April. a. 1831.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

IOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBER III.

PERIOCHA.

Hic liber caeteris multo maior, cum proximo superiore connectitur. Causae indicantur, cur narranda, quae deinceps sequuntur: veritas promittitur. Magni domestici in palatio custodiendo diligens provisio: a quo et urbium provinciarumque praefecti monentur, ne quid novi incipiant. Imperatoris Andronici magnifica sepultura ac sacra funeralia (Cap. 1). *Patriarchae ambitio. Anathematismus in eos, qui mortuo Imperatore de filiis eius male meruerint. Iterum de ambitione patriarchae. De Sismano exule reddendo consultatio: Chumni in domesticum contumeliae. Binae de transfuga sententiae* (2). *Domestici in defunctum Imperatorem amor. Gubernationi nuntium mittere vult* (3). *Imperatricis lacrimatio et de sua viduitate filiorumque orbitate querimonia. Domesticum neglecti officii coarguit* (4). *Ea et patriarcha praesentibus, disertissime suspicionem affectati imperii a se depellit. Aliter ad gubernacula rediturum negat, nisi imperatrix fidem dederit, calumniatoribus non credituram* (5). *Utrimque iuratur. Iurat eidem patriarchae* (6). *Sismanum Moesorum regi repetenti abnuit magnus domesticus, cuius prudentia se ingenti metu liberatam, cum proceribus laetatur imperatrix* (7). *Quid militem segniorem fecerit. Patricius quidam tabellio ad usum rei publicae grandem pecuniam offert. Stipendia et reditus militum explentur. Ad pugnam ardent animi* (8). *Domesticus imperatricem de filio Ioanne coronando monet et contra ratiocinantes refutat. Lydiae satrapae Thraciam incursanti occurritur. Domesticus in occidentem ducturus, cum Orchane pacem iungit. Mentem imperatricis ex patriarcha explorat. Ab eadem laudatur blandeque monetur, ne se conficiat tantis laboribus, neu de sumptu suo eroget. Eleganter respondet, ut viri virtutem cognoscas. Byzantio cum copiis discedit* (9). *Ex urbibus Thraciae senatores et praesidia ad expeditionem evocantur. Moesus foedere innovato domum abit. Persae praedabundi apud Chersonesum caeduntur, fugantur. Apocauchus tyrannidi studens deprehenditur: in arcem suam Epibatas confugit. Domesticum de rerum humanarum mutabilitate admonet. Eius pium ac solidum responsum* (10). *Latini Peloponnenses se subiiciunt cum conditionibus: quorum legati a do-*

mestico honorifice habiti. Apocaucho Sennacherim subrogatur. Conspiratio et legatio praefectorum occidentis (11). *Crales Macedoniae infestus. Magnus domesticus Peloponnesiacae expeditioni antevertendum, ideoque Byzantium revertendum censet. Excipitur a Byzantinis: imperatricem luctu et morbo afflictam consolatur: quid egerit, quid acturus sit exponit* (12). *Ad palatium nobiles et milites clamose cum patriarcha de honore domestici iurgantur. Imperatrix iurgantibus, triplici eorum peccato demonstrato, veniam dat* (13). *De poena Apocauchi cum domestico deliberat: eius natales et status pristinus. Quomodo idem Apocauchus Xenam, Imperatoris matrem, adversus domesticum concitarit. Invitatus domesticus ad communionem purpurae et imperii recusat* (14). *Metu mali obtrectatores domestici in eius se gratiam restituere desiderant et imprimis Apocauchus, cui supplici cum seria admonitione ignoscitur. Quo pacto ille idem propter praefecturam fisci non obtentam turbas fecerit et in domesticum praesente imperatrice invectus sit* (15). *Eum et imperatricem placat, Epibatis egredi non audet. Domestici ad Byzantios de pace cohortatio. Filiam Imperatori despondere differt. In itinere se Apocauchus ei permittit: cum matre domestici collocutus, ut se magis re, quam verbis, benevolum praestet, admonetur* (16). *Animum patriarchae subit, domesticum falso accusat, imperatricem adversus domesticum irritandam suadet et rationem proponit. Asanes pro filiis sexennium carcere detentis rogat* (17). *Domesticus operam pollicetur. Socerum contra generum Apocauchus inflammat* (19). *Coniurati sigillatim apud imperatricem domestici nomen deferunt. Singuli reiiciuntur. Postremo eo adigitur, ut iudicio arcessendum putet, quem patriarcha indicta causa damnandum arbitrabatur* (20). *Idem imperatricem periculi gravitate deterret vehementerque suspicionem auget. Asanes accusationem concludit* (21). *Dolet et angitur imperatrix atque in sententiam calumniatorum propendens, iis se cum liberis flens commendat. Mater domestici cum filio minimo natu et uxore alterius filii domi velut in carcere clauditur. Apocauchus urbis praefectus creatus, frustra militem ad diripiendas et evertendas domestici aedes mittit; cuius amici, qui periculi vitandi ex urbe fugerant, imperatrici se excusant, redeundi veniam orant. Gabalas praevaricatur* (22). *Qui Byzantio fugerant, Didymotichi quae acta sint narrant. Legatis missis iudicium de se domesticus postulat: a ministris Apocauchi male accipiuntur Idem domesticus hostis declaratur* (23). *Per litteras Imperatricis vicariatu iubetur abire. Quid agendum sit, militibus bellum flagitantibus, quaeritur. Oratio longiuscula domestici, qua crimen occupandi regni refellit. Ad imperatricem profectus, eius se arbitratui permittere cogitat* (24). *Proceres rectius rebus consulturum censent, si purpuram induat. Iis renitens, tandem rei publicae causa eorum voluntati obsequitur* (25. 26). *Didymotichi palam capit ornatum imperatorium cum faustis acclamationibus. Quaedam futurorum praesagia. Episcopi Didymotichensis visum et eius viri laus* (27). *Imperator rursus ab se suspicionem tyrannidis removet; militibus uxores ac liberos habentibus missionem dat; retentos in agrum Byzantinum mittit, eodem brevi venturus urbemque invasurus. Narratio longior de malis, quae Adrianopoli ex seditione ob novum Imperatorem exstiterint. Item calamitates per Romanum imperium propter eundem* (28). *Adrianopolitani Alexandri, Moesorum regis, opem invocant: cuius adventus Cantacuzeno multum obest. Moesi praedones a Romanis partim caeduntur, partim capiuntur* (29). *Opes Cantacuzeni*

diripiuntur; eorum immensitas explicatur. Contra eum socer Andronicus Asanes dux deligitur. Vastatur provincia. E Zernomiano praedatores apud Didymotichum trucidantur. Adrianopolim Imperator tendit. Pincerna Pamphilo accersitur. Hebrus congelascit. Pamphilensium scelus. Byzantii Cantacuzenus contumeliose admodum per ora traducitur. A patriarcha anathematismo percellitur: imperatricem et archontas honorat (30). *Tribus praefectis, se celatos moleste ferentibus, factum suum de habitu et nomine Imperatoris probare contendit. Syrges, Pherarum praefectus, eius bona ad se avertit. Protostrator immutatus, Thessalonicam traditurum promittit. Chreles, dynasta Triballus, ad occidentem invitat, opem suam spondet. Vincunt, qui in consilio prius occidentem, quam Byzantium petendum sentiunt* (31). *Cantacuzenus uxorem cum filiabus Didymotichi relinquit; urbi et suburbio praefectos dat cum praesidiis. Bera castellum in gratiam monachorum intus degentium sine vi capitur. Batatzis timor in Imperatore persequendo. Anastasiopolis dicta ab Andronico iuniore Peritheorium obsidetur. Batatzis mendacium* (32). *Epistola Cantacuzeni ad patriarcham, qua se pacis cupidissimum demonstrat. Tabellarius carcere multatur. Imperatrix feminis suis Cantacuzenum excusat ac defendit deque eo honorifice loquitur. Resciscens id Apocauchus, coniuratos super imminente periculo monet. Imperatrici iuramentum indicere statuunt, ipsis nolentibus de pace nihil tentaturam* (33). *Apud eam adversus Cantacuzenum agunt acriter, praesertim patriarcha. Iurat et diu noctuque per coniuratos et famulos custoditur, quibus, ut dicta eius referant, aurum datur. Cantacuzenus e monte Atho monachorum sanctissimos evocat, quorum existimatio imperatrici pacem persuadet: sed religione a compositione impeditur* (34). *Patriarcha et socii monachis irascuntur: inter eos conflare discordias student: primores duriter habent. A protostratore nuntius. Peritheorium oppugnatur. De muro fiunt convicia Cantacuzeno: conviciator ab eodem christiane accipitur. Oppidani consilio perversi hominis deditionem retractant. Imp. Thessalonicam abit* (35). *Ioannes, Andronici filius, adolescens Byzantii coronatur. Coniurati dignitatibus ornantur. Patriarchae fastus. Apocauchus summum imperium sibi arrogat: propinquos Cantacuzeni iugulat: eius matrem in carcere usque ad mortem saevissime affligit: quam miseratur imperatrix. Theodorae, sororis Andronici iunioris viduae et monachae, in moribundam et mortuam caritas. Inventae pecuniae magnitudo et distributio Gravis in Cantacuzenum calumnia. Contra eundem Apocauchus classem in occidentem parat* (36). *Syrges itinera Thessalonicam obsidens deluditur. Polystylus munitur. Protostratoris monitio et Chrelis responsio. Imperatoris angustiae. Syrges, Monomachus et episcopus metropolitanus ad castra Cantacuzeni exploratores mittunt. Per litteras ad eos datas suam innocentiam tuetur: de iuramenti causis disserit: eos improbitatis convincit* (37). *Melenicum Cantacuzenus occupat. Chrelis ex formidine cunctatio: eius adventu exercitus laetatur. Protostratoris anceps animus. Thessalonicae Zelotarum (ea erat factio Palaeologi) nefanda scelera. Protostrator cum optimatibus fugatus, agrum populatur. Cantacuzeni afflictio. Byzantini Thessalonicam magnis copiis ingrediuntur. Cum exulibus consultatio* (38). *In concione dicendae sententiae cuique fit potestas. Aliis tergiversantibus Imperator Thessalonica recedendum, nec ad caetera desperandum pronuntiat: Rhentinae praesidium augendum, Thessalonicam incursandam: quo facto*

Thessali, Acarnanes, reliqua item continens in potestatem veniat. Quidam Thessalonicenses deficiunt. Byzantini nobiles rebus suis metuentes, iter eius conantur impedire. Axius fluvius exundat. Exercitus Gynaecocastrum redit (39). *Apocauchus ad ostendendam potentiam insulas circumvectus, ob id ipsum Thessalonicam adnavigat. Protostrator ad eum desciscit. Imp. in desertores, ut ignavos, invehitur. Apelmenes ingratus et superbus* (40). *Protostrator obiurgatur, cui puer Asanes commendatur. Ostendit Imp., in quantis difficultatibus versetur: militum animos erigit: ad principem Triballorum pro auxilio eundum suadet. Discedentes Apocauchus insequitur, non tamen pugnatur. Transfugas Imp. excipit equites ab Apocaucho* (41). *Edessam obsidione Triballorum liberat. Zimpanus quidam pecuarius Imp. legatos vinctos Apocaucho dedit. Quid passi sint. Munifice ac perhumaniter a duobus dynastis accipitur Imperator. Scopiam venit* (42). *Eundem Liberus Triballus Crali conciliat. Is cum uxore occurrens, magno illum honore suscipit et regaliter tractat. Ab eo auxilium petit: ille societatis mercedem urbes occidentis usque a Christopoli postulat. Recusat Cantacuzenus et quasi parum ingenuum honorisque studiosum tangit* (43). *Prudens oratio Helenae Cralaenae de adiuvando hospite cum conditione tolerabiliore. Imp. suorum consilium de concedendis, quae Crales petat, repudiat* (44). *Ambo praesente archiepiscopo in certas conditiones iurant. De Chrele Triballo inter utrumque contentio. Cur is ad Cralem reverti noluerit. Melenicus Chreli deditur. Rhentinam castellum Syrges occupat. In dedititios saevit* (45). *Apocauchus Polystyli quid egerit: quid Didymotichum scripserit: quid ei et quam aculeate ac libere responsum sit. Byzantini redeuntem cum gratulationibus et plausibus excipiunt. Pro libidine imperat. Irene, uxor Cantacuzeni, cum fratre Manuele in timore est* (46). *Militum et ducum fides exploratur. Comitopulus constantiam suam profitetur. Iuratur. Nuntius ab Imperatore cum eius cereo sigillo* (47). *Didymotichi suburbani in urbanos insurgunt. Fugantur. In exilium voluntarium concedunt; eorum domus destruuntur. Episcopi vaticinium eventus probat. Triballos principes promissi auxilii poenitet: obsidem Cantacuzeni filium poscunt: Liberus filiam suam eius filio desponsam cupit* (48). *Imperator cum auxiliaribus Triballis quid apud Pheras egerit. Syrges ad sceptrum Armeniae vocatur. Pheraeorum obstinatio. Morbus in exercitu multos exstinguit. Christopolin praesidium ab Apocaucho mittitur. Ad Triballos abiturientes praeclara Imperatoris concio. Romani tumultuantes increpantur. Plurimi Christopolin se conferunt. Ducum ibidem periurium. Redeuntes Imperator suscipit* (49). *Eorundem ducum impudens de Cantacuzeno mendacium: inde Byzantii publica laetitia. Quae et quanta multi illic propter Cantacuzenum pertulerint. Praefectorum saevitia. Factum humanissimum Persae cuiusdam in flagellis laceratos. Impostor quidam sacrae confessioni illudit. Ad falsos nuntios denuo Deiparae aguntur gratiae* (50). *Crales Imperatori repetenti Edessam statim restituit. Apocauchus frustra Didymotichum movet. Empythium obsidet: Scytharum incursu territus, obsessionem relinquit. In Scythas abeuntes Scopelenses stulte et infelici exitu se inferunt. Apocauchus belli administrationem genero tradit* (51). *Anna imperatrix a Crale Cantacuzenum petit: urbes in praemium spondet. Triballorum procerum commemorabilis in illum fides* (52). *Thessali se Cantacuzeno subiiciunt ultro. Ioannem Angelum eis praetorem praeficit, quem in bulla commendat:*

multas ei conditiones praescribit et a se affectati imperii suspicionem removet (53). *Didymotichum vocatus venturum promittit. Quo scopo Apocauchus et Crales convenire voluerint. Illius in Cantacuzenicos crudelitas. Quare imperatrix stratopedarchae consilium respuerit* (54). *Ad Pheraeos de deditione Cantacuzeno facienda Cralis cohortatio. Praefracte abnuunt eiusdemque Cantacuzeni legatum atrociter mactant. Militibus Didymotichum anhelantibus obsequitur Imperator. Agrum Pheraeorum Crales depopulatur. Triballi auxiliares in Thraciam sequentes quales fuerint. Pro meliori auxilio reverti volentem Imperatorem ad Cralem milites cogunt Didymotichum vadere. Circa litteras Didymoticho ad eum perscriptas prodigium. Ad Triballos reditus. Protostrator praevaricationis suspectus se purgat. Byzantinorum ad reversionem Apocauchi gratulatio. De Cantacuzeno mendax rumor. Apocauchus quosdam includit in custodiam* (55). *Irenes imperatricis oratio. Ad Moesorum regem de societate legatio et eius ludificatio. Quantam is calliditatem adhibuerit in copiis Didymotichum missis. Moesorum ducum versutia. Episcopi cohortatio et praedictiones. Persae advenientes Moesos fugant. Amuris satrapa ut exceptus ab imperatrice Irene, illiusque in Imperatorem eximius amor, ad quem proficiscitur* (56). *Pheraeorum in commentitiis litteris, quibus decipitur Amurius et domum redit, pessimum facinus. Frigore enecti Persae una nocte quingenti. Didymotichenses praedatores algore semimortui ad hostes confugiunt et quomodo ab iis habiti. Oppida Irene imperatrici dedere se volentia cur non recepta. Mire anxium Imperatorem Arbenus, homo obscurus, consilio levat de Berrhoea occupanda. Crales opem promittit. Per legatos accersitur Imperator, cui Cralaena suos milites Germanos attribuit* (57). *A Berrhoeotis plaudentibus excipitur: a Thessalonica obtinenda per plebem et Zelotas impeditur. Cralis perfidia. Germanorum in Imperatore tuendo fidelitas. De Axio flumine transeundo. Duorum filiorum Cantacuzeni encomium* (58). *Agrestis quidam Triballorum insidias eidem indicat et ad flumen vado transeundum praeit. Germani Berrhoeae donativum accipiunt. Insidiatores ad Cralem deferuntur: quorum duces Imperatori ad poenam deduntur, quibus ignoscit. Apocauchus Cralem contra Imperatorem incendit: simulate agit: cui Imperator uberius respondens, eius scelera carpit, periculum demonstrat, ignaviam deridet* (59). *Apocauchus consilium quaerit. Monomachus Cantacuzeni felicitatem praedicat, timorem iniicit, pacem suadet* (60). *Crales ab Apocaucho instigatus, Cantacuzenum ad consultationem dolose invitat, a quo deluditur. Idem Berrhoeotas ad defectionem sollicitans, acerbissimas litteras accipit. Imperator etiam tertium a sagittario laedi non potuit: cui veniam petenti ignoscit et cum donis dimittit* (61). *Apocauchus consultat. Gemina sententia Monomachi. Denuo vafrum eiusdem consilium. Persarum ad Berrhoeam latrocinia. Apocauchus in Pepagomenum saevit* (62). *A Cantacuzeno ex Asia evocatur Amurius. Ficto nuntio contristatur. Eiusdem insignis oratio, qua causa expeditionis, studium iuvandi Cantacuzeni, amor et sollicitudo propter eum declaratur: milites ad laborem inflammantur: exustis navibus per continentem gradiendum suadetur. Vento secundo classis tota in Macedoniam defertur* (63). *Persae Thessalonicensem agrum vastant. Provinciae Cralis cavet Imperator: cum copiis Thessalonicam accedit. Amurii occursus. Zelotarum in Cantacuzenicos crudelitas. Peritheorii obsidio. In captivum Imperatoris humanitas. Legati amborum ad imperatricem*

Annam de pace (64). Cantacuzeni legatus foede crudeliterque accipitur. Apocauchi maledicta. Amurius quare litteras sibi redditas ad Imperatorem detulerit. Episcopi Didymotichensis praedictio. Castella Meropes et pecuarii se dedunt; quibus Momitzilus praeficitur: cuius mores describuntur (65). Didymotichum ad Imperatorem cum Amurio venit. Thraciae urbes refractariae puniuntur. Morbus Amurii. Praesidium missum Adrianopolin, illiusque Didymotichum infelix excursio. Amurius mortem in conflictu evadit. Alexandro Moesorum regi, pro auxilio dantur urbes novem: eius tergiversatio. Qua ratione coniurati Persas e Thracia educere conati sint. Eos incassum nititur retinere Amurius: de quo apud Imperatorem conqueritur, reditumque ex Asia cum militibus melioribus pollicetur (66). Eum hortatur Imperator, legationem Byzantium mittat, quo naves et pecuniam ad reditum adipiscatur. Principes Constantinopoli Amurium de abiectione reprehendunt, naves cum pecunia promittunt. Defendit se. Locus de discrimine servitutis (67). Imperator divinitus a Persis praedonibus liberatur. Eius pugna cum obsessoribus Asomati et victoria. Discessus Amurii: et quare is discessus Imperatori commodaverit. Gratianopolis obsidio. Smyrna a Latinis capta (68). Ab eius praefecto Angelitze non modica pecunia. Episcopi Didymotichensis obitus. Alexandri a Morrha recessus (69). Momitzilus Persicas naves tres incendit. Persae, qui apud Cantacuzenum, custodes suarum navium interfectos ulcisci ardent. Eis Imperator Romanos adiungit; eius regiunculam depraedari iubet. Momitzilus improviso adventu Imperatorem terret: cuius milites fugiunt: ipse cum paucis strenue se tuetur. Lantzarethi famuli in dominum mirus amor et fides. Momitzilus ab Anna imperatrice despota renuntiatur; quem Cantacuzenus insuper data supplici venia Sebastocratorem creat. Persae in Asiam redeunt (70). Palaeologus Imperator aegrotat. Moesus, rupto foedere, Apocaucho mittit auxilia. Callidum Imperatoris consilium. Gener Apocauchi in Hebro summersus. Didymoticho repellitur: Morrham vastat. Momitzilus sibi principatum proprium meditans, a Cantacuzeno et imperatrice Anna deficit (71). Archontes sive imperii pro puero Imperatore et vidua administratores miserum rei publicae statum dolent: imperatrici pacem suadent. Moleste fert Apocauchus, patriarchamque et Gabalam, magnum logothetam, se visentes ad suas partes reducit: imperatricem castigat: Gabalae filiam despondet (72). Apocauchus de integro Cantacuzenum in imperatricem irritat: ac rursum, quamquam submissus, dominatur. Legationis ad eum mittendae auctor est. Mittuntur simul binae epistolae, quibus significatur gaudium de eius voluntate imperii deponendi: ut falso narraverat Apocauchus. Conditio ei proponitur, qua veniat (73). In acta Imperatoris inquiritur; bene praefuisse communi docetur. Longior Imperatoris oratio, qua archontibus ignobilitas et imprudentia obiicitur et rei publicae status deploratur. Respondet praeterea ad id, quod patriarcha eum ad reditum invitans, poena soluturum dixerat, et de vi anathematis disputat. In fine ingens pacis desiderium (74). Pheraei veniam et opem ab Imperatore flagitant et consequuntur. Ex ipsis mutabilitatis fortunae humanae documentum: quorum exemplo Byzantii terrentur, et non posse imperium defendere. multis probatur. Ostenditur item, Annam imperatricem sui iuris non esse. Chrysobergis, legati Imperatoris, constantia adversus minas et verbera. Archontum invictus animus in arcano reticendo. Garellae deditio. Rursum pacis petitio (75). Castella quaedam se

dedunt. Batatzae ab Imperatore defectio et reversio: eius remuneratio. Sultani satrapae liberalitas. Cur pranderet in Thracia prima luce Imperator. Chorae cives maledicentiam terrae motu luunt. Muri reaedificantur, quibus perfectis ad pertinaciam redeunt (76). *Magnus dux iterum copiis praeficitur: Cantacuzenum conatur occidere. Mutuae litterae, illius minaces, huius exprobratoriae. Argutia in voce οἰκία. Derisio senis, ut imbellis. Iuxta Byzantium Persarum vastatio fervet. Apocauchi fastus. Urbes Thraciae praeter duas se dedunt. Imperatoris in illorum praefectis dimittendis humanitas et liberalitas. Comparatio inter Cantacuzenum et archontas* (77). *Urbes ad Pontum Imperator infestas habet. Amici eum Adrianopolin accersunt. Eorum stultitia et poenae. Imperatrix urbem recuperat Manuel, Apocauchi filius, praefectus deficit: accipitur ab Imperatore benigne et honoratur. Acta apud Bizyam* (78). *Amzas Persa socium ad Imp. occidendum subornatum prodit, quem ille liberum dimittit. Bizyenses se tradunt. Annae imperatrici et filio eius, deinde Cantacuzeno et uxori ut Imp. Bizyae et alibi acclamatur, omniumque mentio in sacris usurpatur. Plura oppida se subiiciunt. Bizyae praefectura Manueli Asani datur. Protostratoris caeterorumque Apocauchi amicorum miserrima conditio. Apocauchi astus, quo ignaviae opinionem vitare studebat, salse irridetur acriterque vituperatur* (79). *Fraus, impostura et nequitia admirabilis, qua idem Apocauchus Gabalam vita privare enisus est* (80). *Orchanes Cantacuzeno se adiungit. Capta ad Pontum aliquot oppida. Somnium Manuelis, filii Imp. Veniente ad urbem Cantacuzeno, Apocauchi timiditas. Ager Byzantinus, miserante Imp., devastatur* (81). *Galataei causam et originem belli huius sciscitantur: quibus a principio narrat omnia Imp., ut se innocentem testetur. De advocatis item Persarum auxiliis se defendit* (82). *Aregus monachus legatus omni culpa belli eum absolvit. Eius prudentiam laudat Imp., de adversariis conqueritur: si se Imperatorem et collegam esse sinant, quod facturus sit aperit. Amor in rem publicam. Quibus conditionibus abdicare se imperio velit* (83). *Aregus orationem commendat: dicta Byzantium renuntiare iubetur. Apocauchus arma et vota indicit. Quaedam oppida ab Imperatore subiguntur. Epistola Apocauchi et patriarchae de abdicatione Imperatoris. Aregus graece indoctus deluditur. Eam Imperator italice interpretatur: ambo stomachantur* (84). *Apocauchus frustra Empyriten obsidet: in portoriis exigendis nihil consequitur: ab aulicis proceribus dissimulanter irridetur. Aregus ad illum contemnit accedere: de impietate et imprudentia accusat: imperatricem Imperatori excusat. Imperator infestus Byzantium veniens recedit. Adrianopolis et aliquot finitima oppida in potestatem concedunt. Cum tribus dedititiis, quorum duo praefecti, quid actum* (85). *Quare Amurius ad Imperatorem non redierit. Concessu Sarchanis per Lydiam, inde per Hellespontum transit. Persarum in Moesiam impressio. Momitzilus cum parte exercitus sui caeditur, reliqua capitur. Imperator illacrimat. Momitzilus humanae fortunae exemplum. Xanthienses suorum funeribus lugent: urbem tradunt. In Momitzili coniugem Imperatoris clementia* (86). *Cralem ut foedifragum ulcisci decernit. Pheraeos Romani ad defectionem impellunt. Minatur Crali, ni Pheris abscedat et foedera violare desinat. Imposturae Apocauchi repetuntur. Continentem relinquere statuit: tyrannis eius in Byzantios. De carcere, quem in palatio Constantini aedificare aggressus est. Affinitatem imperatricis per filiae nuptias cum eius filio*

quaerit et litteris sub eius nomine ad pontificem Romanum confictis, periculum ei magnum conflat. Clementis sexti responsum. Quid facturus Apocauchus, si dolus non procederet (87). *Odium in illum commune. Urget aedificationem carceris et a vinctis obtruncatur. Amicorum et uxoris Imperatoris litterae de eius nece et invitatio Byzantium, urbisque occupandae indicata commoditas* (88). *Persae duces persuadent Cantacuzeno, uti statim cum omnibus copiis Byzantium tendat. Uxor Apocauchi in Epibatas migrat. Imperator culpam amissarum urbium Macedoniae in Persas duces confert, cum quibus in Macedoniam redit. Sulimanus moritur. Amurius provinciae suae a Sarchane timens, domum revertitur. Crales Pheras occupat et se Imperatorem, filium Cralem appellat* (89). *Batatzes iussus fines Byzantinos incursat: ad imperatricem immodica honoris cupidine transit. Causa, cur Imperatrix a pace sic abhorruerit. Batatzen ad se revocare quamobrem laborarit Imperator. Eius praeclarum quoddam visum. Batatzes a Persis propter Imperatorem occiditur. Empyrite imperatrici transditur. Phrangopulus quidam, invito Imperatore in castra adductus, a veneno eum servat* (90). *Hieracem sibi moliri interitum, non credit primum: quem deinde officii admonet. Cum Archontibus iterum ut proditor agit. Idem facit Paraspondylus et duas ob causas Hieracis nomen ad Imperatorem defert. Qui in pugna vulneratus, ad castra perducitur. Byzantium profugit; ibi de caede Imperatoris non obita causam dicit. Studiosi Imperatoris Byzantii iam manifesti ad eum perfugiunt. Hierum paene occupatum ac mox per negligentiam amissum* (91). *Adrianopoli Cantacuzenus coronatur. Ioanni, patriarchae Constantinopolitano, ab episcopis, Imperatore annuente, sacris interdicitur. Primores et exercitus Matthaeum filium Imperatorem designari rogant: quod Imperator sapienter recusat* (92). *Thessalonicensium caedes. Palaeologus praefectus a Ioanne Apocaucho interficitur. Zelotarum scelus et impietas. Quidam eorum a populo mactantur; unus per forum trahitur. Apocauchus pro Cantacuzenico se gerens, Zelotas punit: defectionem ad imperatricem simulat: patre mortuo aperte Cantacuzeno favet: Thessalonicam ei, concilio suffragante, tradit* (93). *Ad Cantacuzenum legati. Quaenam Thessalonicenses a filio eius petentes impetrarint. Andreas Palaeologus et Cocalas populum ad arma sollicitant. Apocauchus et socii carcere ac vita multantur. Humanus adeps comeditur. Matthaeus filius rem contra Hieracem in Thracia feliciter gerit* (94). *Patriarcha Constantinopolitanus a papa declaratus, Smyrnae ab Amurio Persarum satrapa, iugulatur. Chii compulsi Genuensibus se dedunt. Phaceolatus, capta iam Chio, cum triremibus suis Byzantium redit: Genuensem onerariam intercipit. Imperatrix Mpalicis, Carbonae principis, opem impetrat. Eius fratrem Tomprotizam exercitus Romani ducem facit. Orchani Theodora, Imperatoris filia, apud Selybriam solennibus cum caerimoniis nuptum traditur. Eiusdem matronae eximia virtus* (95). *Speculatores submissi ex Ponticis urbibus, quorum indicio sicarius deprehenditur. Imperatrix ad Sarchanis, Lydiae satrapae, auxilium confugit. Amurii techna ad succurrendum Imperatori. Persae a perfidioso facto cohibiti: obvios capiunt et spoliant. Duces eorum ab Imperatore convivio excipiuntur: iique praeternavigantes et conviciantes Byzantios sagittis petunt. Byzantii, eorum defectione perspecta, redeunt. Donatis ducibus, Persae domum remittuntur: Moesiam depraedantur: Imperator excusatur. De Romanis hostibus et auctoribus malorum omnium gravis querimonia* (96).

Monomachus ad caedem Imperatoris subornatus, monentibus amicis deprehenditur. De efficacitate veneni ab eo parati historia notabilis. Zyraces et Phaceolatus de urbe tradenda cum Imperatore agunt. Microcephalus ab his Selybriam hac de causa mittitur, quem Archontes eodem ob aliam causam mittunt (97). *Ratio, cur imperatrix Anna a patriarcha alienata, alte repetita. Eiusdem patriarchae furor in damnandis puniendisque episcopis, a quibus apud Imperatorem accusatur. Synodus in palatium indicitur* (98). *Adventus Cantacuzeni Byzantium nuntiatus, nec ab imperatrice creditus. Dolor et sollicitudo Cantacuzeni de amicis, ne discrimen adierint. Portam auream perfodiunt ad ingressum. Patriarcha gradu movetur. Cantacuzenus cum plausu populi urbem intrat. Imperatrix palatium communit: Galataeos auxilio vocat. Imperator coram episcopis et primariis de clero suam causam agit: ad imperatricem mittit, qui doceat, quam periculoso loco eius res sint* (99). *Commendatur virtus Imperatoris. Imperatrix legationem despicit. Palatii propugnatores defectionem cogitant. Ioannis filii suasu imperatrix se Imperatori Cantacuzeno submittit. Asanes socer legatus ab eo ut ingratus culpatur. Palamas, alter legatus, de constantia praedicatur. Conditiones pacis et utrimque iuramenta. Cantacuzenus palatium ingreditur* (100). *Hic liber ut reliquos mole, sic praecipuis quibusdam et maxime notandis capitibus superat. Sunt autem ista fere. Funus et exequiae Imperatoris Andronici minoris. Dolor et lacrimae imperatricis viduae propter abdicationem magni domestici, eiusdemque ad imperii administrationem regressio. In Sismanum exulem ac supplicem Byzantinorum humanitas. Fraudes inexpiabiles et scelera Apocauchi in magnum domesticum, quibus illum in summas saepe difficultates ex invidia coniecit. Pro rei publicae incolumitate a magno domestico induta purpura. Eiusdem varia nec levia infortunia. Pax ab eo frequentissime petita nec impetrata. Honores magnificentissimi in eum a Crale collati et eiusdem Cralis perfidia. Amurii Persae, satrapae Ioniae, mirificus ac perpetuus in Cantacuzenum amor eiusque iuvandi studium incitatissimum. Duarum mulierum, Irenes imperatricis et Helenae Cralaenae prudentia et magnanimitas. Diligens admodum et crebra defensio Cantacuzeni contra calumniatores de non factis insidiis imperatrici ac filiis eius nec affectata tyrannide. Res gestae adversus Momitzilum, eiusque pugna et interitus. Constantinopolis a Cantacuzeno capta et ibi eiusdem pietas, prudentia, aequitas, clementia.*

α΄. Τὰ μὲν δὴ τῶν Παλαιολόγων βασιλέων, ὅσα τε περὶ A. C. 1341
τῆς ἀρχῆς πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν, καὶ ὅσα καθ' ἑαυτὸν ὁ νέ- P. 348
ος μετὰ τὸ τὸν πρεσβύτερον τῶν πραγμάτων παῦσαι τῆς ἀρ- V. 283

3. τὸ add. M.

1. Quemadmodum igitur Palaeologi Imperatores inter se contenderint, et quae separatim iunior, postquam senior imperio abivit, contra barbaros armis gesserit, quo modo domi semper rem publicam

A. C. 1341 χῆς πρός τε βαρβάρους πολεμῶν καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους διετέλεσε B πολιτευόμενος, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, καὶ ἡ πρόθεσις ἡμῖν πέρας ἔσχηκεν ἡ ἐξαρχῆς, πάντα σὺν ἀκριβείᾳ καὶ μετὰ ἀληθείας ἀπαγγεῖλασιν ὡς ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν Ἀνδρονίκου τοῦ νέου τελευτὴν ὁ χαλεπώτατος τῶν πώποτε μνημονευομένων τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς ἀλλήλους πόλεμος ἀνεῤῥιπίσθη, ὃς ὀλίγου δεῖν πάντα ἀνατέτραφε καὶ διέφθαρκε, καὶ τὴν εὐδαίμονα καὶ μεγάλην τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν ἀσθενεστάτην καὶ ὥσπερ εἴδωλον ἀπέδειξε τῆς προτέρας, ἀναγκαῖον ᾠήθην καὶ τὰ κατὰ τοῦτον τὸν πόλεμον γεγενημένα ἐξηγήσασθαι, οὐ μόνον ἵν' εἰδεῖεν οἱ μετέπειτα, ὅσων κα- C κῶν αἴτιος ὁ φθόνος, οὐ τοὺς φθονουμένους μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἐξαφανίζων τοὺς φθονοῦντας, ὥσπερ τὸν σίδηρον ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος ἰὸς, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ νῦν τοῖς πράγμασι παρόντες τἀληθὲς εἰδέναι ἔχητε, καὶ μὴ ταῖς ἔξωθεν φήμαις, μηδὲ τοῖς παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν ἢ ἑαυτοῖς χαριζομένοις ἢ τοὺς ἐναντίους διαβάλλουσι προσέχοντες θρυλλουμένοις, παράγησθε δοξάζοντες τὰ μὴ ὄντα. ἄξιον δὲ μετὰ ἀκριβείας ἐμοὶ προσέχειν καὶ μὴ παρέργως. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες, εἰ δή τινες εἶεν οἱ συγγραψάμενοι περὶ τοῦδε τοῦ πολέμου, ἢ παντάπασιν ἀπόντες τῶν πραγμάτων, ὅσα ἢ ὄχλος ὁ δημώδης διεθρύλλει ἤ τινες ἕτεροι ἀπήγγελλον, D οὐδὲν σαφὲς εἰδότες περὶ τῶν γινομένων, οἷα παρεδέξαντο

17. προσέχοντας P.

habuerit, huc usque a nobis explicatum est et promissa ab initio conservata, dum accurate et vere, ut contigerunt, omnia litterarum monumentis complexi sumus. Sed quoniam post Andronici minoris ex hac luce migrationem bellum omnium quotquot unquam litteris exstiterunt perniciosissimum inter Romanos ipsos inflammatum est: unde propemodum omnia prostrata et eversa perierunt, ac beatum illud et amplum imperium imbecillimum et veluti simulacrum quoddam et umbra tantum prioris evasit, necessarium existimavi, etiam eo ipso perpetrata contexere: non solum ut posteritas cognoscat, quantam vim incommodorum invidia importare soleat, quae tam sibi, quam aliis, instar rubiginis ex ipso ferro nascentis ferrumque consumentis, exitiosa est: sed etiam ut praesentes habeant, unde veritatem percipiant: ne peregrinis rumoribus neve iis, quae ab utraque parte vel ad suum decus per gratiam vel ad adversariorum dedecus per calumniam disseminantur, animos advertentes circumducantur, falsa pro veris opinantes. Erit autem operae pretium non oscitanter, sed studiose mihi dare operam. Nam caeteri omnes, si qui huius belli historiam composuerunt, aut neutiquam interfuerunt: quaeque sive multitudo popularis sive alii qui-

ταῖς ἀκοαῖς, τοιαῦτα καὶ τοῖς μετέπειτα ἐξέδωκαν μηδὲν φρον- [A. C. 1341] τίσαντες τῆς ἀληθείας. ἢ εἰ καὶ συνεστρατεύοντο τοῖς βασιλεῦσιν ἑκατέροις, ἀλλ' οὐ δήπου γε βουλῆς μετεῖχον, οὐδὲ τῶν ἀποῤῥητοτέρων ἦσαν κοινωνοί, ἄλλως τε οὐδ' ἐφ' ἅπασι παρόντες τοῖς πραττομένοις, συνεχοῦς καὶ πολυχρονίου γεγενημένου τοῦ πολέμου· ἐπὶ πέντε γὰρ ἔτεσι διήρκεσεν· ἐμοὶ δὲ οὐδεμίαν τινὰ τοιαύτην ἔχοι τις ἂν ἐπενεγκεῖν αἰτίαν. [P. 349] τοῖς γὰρ τῶν πραττομένων αὐτουργοῖς συμπαρὼν αὐτὸς, τὰ μὲν οἶδα παρ' ἐμαυτοῦ, τῶν δὲ ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν ἔσχον, αὐτῶν ἀπαγγειλάντων τῶν πραξάντων, διὰ τὸ πολλὰς καὶ συνεχεῖς ἐφ' ἅπαντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τὰς μεταβολὰς ὑπομεμενηκέναι· ὥστε εἰκὸς μὴ τῶν πραττομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ βουλευμάτων ἀποῤῥήτων καὶ δόλων καὶ ἐπιβουλῶν καὶ ὅλως πάντων καὶ τῶν πραττομένων φανερῶς καὶ τῶν ἀφανῶς κατασκευαζομένων ἀγνοεῖν μηδέν. οὐ μὴν ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐξαρχῆς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας προστήσομαι οὐδέν· ἀλλ' ὡς αὐτὰ ἔσχον τὰ πράγματα ἀπαγγελῶ, πλὴν εἰ μήπου τι παρήσομαι ἑκὼν τῶν ὅσα τισὶ λοιδορίαν ἢ μέμψιν εἰρημέ- [B] να ἐμποιήσει. οὐ γὰρ ἐμοὶ φίλον τὸ τινας κακηγορεῖν, κἂν [V. 284] εἰ πάντες εἰδεῖεν ἄνθρωποι. ἢν δέ πού τι φαίνωμαι διηγούμενος μὴ ὡς δοξάζουσιν οἱ πολλοὶ, οὐ χρὴ θαυμάζειν. οὐ γὰρ τὸ μὴ ταὐτὰ τοῖς πολλοῖς φθέγγεσθαι φεύγων, λογοποιήσω τα μὴ ὄντα, ἀλλ' ὡς ἔχουσι τὰ πράγματα ἀπαγγέλλων,

dam iactarunt, persecuti sunt: nihilque rerum gestarum liquido compertum habentes, qualia auribus acceperant, talia nullo ad veritatem respectu posteris tradiderunt: aut si etiam sub utrovis Imperatorum militarant, non utique consiliorum participes neque arcanorum conscii fuerunt. Deinde nec omnibus coram affuerunt, cum continenter et diu, nempe totum quinquennium, arma duraverint. Mihi vero huiusmodi culpam aliquam nemo obiecerit. Nam iis, qui ea fecerunt, ego praesens, alia per me ipsum novi, alia ex ore ipsorum, a quibus acta sunt, ad unguem didici. Et cum frequentes continentesque toto eo tempore mutationes fuerint, verisimile est, non gestorum modo, sed et consultorum arcanorum et fraudum insidiarumque et prorsus omnium, quaeque palam acta quaeque occulte comparata sunt, nihil me fugere. Verumtamen quod in vestibulo operis mei sum pollicitus, veritati nihil anteferam: sed ut res evenerunt, ita eas explanabo, excepto quod alicubi prudens praeteribo, quae nonnullis convicio aut vituperationi esse possint: non enim mihi amicum est cuiquam conviciari, etiamsi mortalium nemo rem ignoret. Quodsi interdum quaedam secus quam multi opinantur videbor exponere, ne sit mirum. Non enim dum vito eadem cum multis dicere, nova comminiscar: sed res ut se habent commemorans, vulgi opiniones ut falsas valere iubebo. Mortuo

A. C. 1341 χαίρειν ἐάσω τὰς δόξας τῶν πολλῶν ὡς ψευδομένας. τετελευτηκότος τοίνυν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἡ αὐτῷ σύζυγος Ἄννα ἡ βασιλὶς εἰς τρίτην μὲν ἡμέραν διεκαρτέρησεν ἐν τῇ μονῇ τῶν Ὁδηγῶν. μετὰ τοῦτο δὲ ἐν βασιλεί- C οις γενομένη, ἐπένθησεν ἐφ' ἡμέραις ἐννέα, πάντων ὁσημέραι πρὸς τὰ βασίλεια παραγινομένων, οὐ τῶν συγκλητικῶν μόνον καὶ στρατευομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὅσοι Βυζαντίων ἦσαν ἐν λόγῳ καὶ κοινῇ τὸν ἀπελθόντα θρηνούντων βασιλέα. δομέστικος δὲ ὁ μέγας ἐξ αὐτῆς ἡμέρας, ἧς ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς, οὐδαμῇ τῶν βασιλείων ἀπέστη, ἀλλὰ τῶν τε οἰκείων καὶ τῶν βασιλικῶν πεντακοσίους ἔχων, οὓς ἐγκατέστησε τοῖς βασιλείοις φρουρὰν, διὰ πάσης ἐπιμελείας ἐποιεῖτο καὶ σπουδῆς τῶν ἴσως νεωτεριούντων ἀπαμβλύνειν τὰς ὁρμάς. μετὰ δὲ τὴν ἐνάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γενενημένων ἱλασμῶν, τὴν μὲν φρουρὰν τὴν πολλὴν ἐξέβαλε τῶν D βασιλείων, ὀλίγους καταστήσας, ὅσοι καὶ πρότερον ἐξ ἔθους ἦσαν. αὐτὸς δὲ οἴκοι γεγονὼς, συνήθως ἐπεμελεῖτο τῶν πραγμάτων· καὶ τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένοις τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πόλεων παρῄνει διὰ γραμμάτων ἀτρεμεῖν καὶ μηδὲν νεωτερίζειν, ὡς τῆς τε καλοκἀγαθίας καὶ τῆς εἰς βασιλέα εὐνοίας ἀξίας ἀποληψομένοις τὰς εὐεργεσίας, καὶ τοὐναντίον, ἤν τι νεωτερίζοιεν, τίσουσι δίκας. καὶ τοῖς τῶν δημοσίων συνεισφορῶν τὴν εἴσπραξιν ἐγκεχειρισμένοις ἐκέλευε κακουργεῖν περὶ τὰ χρήματα μηδὲν, ὡς οὐδὲν ἔλαττον ἢ βα-

6. πρὸ P. 22. τις P.

igitur Andronico iuniore Imperatore, Augusta triduo in monasterio Hodegorum mansit. Postea in regiam regressa, diebus novem luctui se dedidit, cum quotidie omnes, non senatores modo ac duces, sed quotquot Byzantii eminebant, accederent et defunctum Imperatorem communi lamentatione prosequerentur. Magnus porro domesticus ab eo ipso die, quo Imperator animam edidit, a palatio nusquam discedebat: sed quingentis partim suis, partim imperatoriis in eo ad custodiam collocatis, summum studium diligentiamque impendebat: ut si qui fortasse res novas attentarent, eorum conatus infringeret. Post diem nonum, peracta, ut assolet, pro defunctis piaculari caerimonia, custodes e palatio dimittit (paucis retentis, quot nimirum et antea esse consueverant), ipse domi, ut semper, rei publicae animum intendebat, et urbium provinciarumque rectores per litteras monebat, ne rebus novis studerent; utpote huius suae probitatis et egregiae in Imperatorem voluntatis condigna praemia accepturos: contra si quid machinarentur, poenas daturos. Quaestoribus item mandabat, ne quid sceleris in pecunia designarent, quod nihilo minus, quam Imperatore vivo, rationes relaturi essent. Atque ad

σιλέως ζῶντος περὶ αὐτῶν παρέξουσιν εὐθύνας. καὶ τοῦτον A.C. 1341 τὸν τρόπον ἐν πλείοσιν ἢ τριάκοντα ἡμέραις ὑπὲρ πεντακο- P. 350 σίας ἐφ' ἑκάστης πέμπων γραφὰς, εἰς τοσοῦτον εὐταξίας καὶ εὐπειθείας τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους πᾶσαν κατέστησεν ἡγεμονίαν, ὡς δοκεῖν καινὸν μηδὲν συμβεβηκέναι, ἀλλὰ ζῆν ἔτι βασιλέα καὶ τοῖς πράγμασιν ἐφεστάναι. οὐδὲν γὰρ οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα ἐκινήθη, πλὴν οἱ κατὰ Θετταλίαν μόνοι νεμόμενοι Ἀλβανοὶ, αἰσθόμενοι τὴν βασιλέως τελευτὴν, τῶν ἐκεῖ κατέδραμον πόλεων καὶ ἐληΐσαντο οὐ πολλά. ὅπερ ὁ μέγας δομέστικος πυθόμενος, κατὰ τάχος ἔπεμψε τοὺς ἀγγελοῦντας Ἀλβανοῖς, ἢ τὴν λείαν ἀποδιδόναι καὶ μηδὲν νεωτερίζειν ἔτι, ἢ εἰ μὴ πείθοιντο, ἐκδέχεσθαι αὐτὸν χρησόμενον ὡς πολεμίοις. οἳ δὴ καὶ ὑποπτήξαντες τὴν ἀπειλὴν, οὐ μόνον τὴν λείαν B ἀπέδοσαν τοῖς ἠδικημένοις, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἐπηγγείλαντο τοῦ λοιποῦ, εἰ μόνον ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις λήψονται συγγνώμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀλίγῳ ὕστερον. μετὰ δὲ τὸ μέγαν δομέστικον ἐκ τῶν βασιλείων οἴκαδε ἐλθεῖν, κήρυκες ἐφοίτων αὐτοῦ κελεύσαντος εἰς τὰς περὶ Βυζάντιον πόλεις καὶ κώμας, πάντας ὅσοι τοῦ ἱεροῦ καταλόγου καλοῦντες πρὸς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐφ' ἡμέρᾳ ῥητῇ, ὡς τῶν ὑπὲρ τοῦ τετελευτηκότος βασιλέως τελεσθησομένων ἱλασμῶν. καὶ συνῆλθε πλῆθος ἱερέων τοσοῦτον, ὥστε τὸν νεὼν τῆς Σοφίας τοῦ θεοῦ, μεγέθει μέγιστον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων, ἐλάσσω τῆς χρείας τότε δο- C κεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀκριβῶς πεπληρωμένον τῶν ἱερέων. ἐπεὶ δὲ

hunc modum diebus plus triginta missis epistolis amplius quingentis, ad tantum ordinem obedientiamque Romanum imperium universum redegit, ut nihil novi contigisse, sed Imperator adhuc aura vesci et praeesse rebus videretur. Nulli enim nec parvi nec magni motus audiebantur: nisi quod Albani in Thessalia, morte Imperatoris intellecta, urbes illic incursabant et, quamquam non admodum, depraedabantur. Quo comperto, magnus domesticus quam primum eo nuntium expedit. Albanis imperat, aut praedam restituant ac de caetero se contineant: aut si iussa detrectent, se apud ipsum in hostium loco futuros sciant. Quibus illi minis exterriti, non solum praedam spoliatis reddiderunt, verumetiam posthac nihil tale ausuros promiserunt, modo huius peccati gratia sibi fieret. Verum haec paulo post acciderunt. Postquam magnus domesticus e palatio domum concessit, praecones eius missu vicos et oppida Byzantio vicina concursant, omnem clerum Constantinopolim ad diem praefixam propter defunctum Imperatorem funebribus sacris expiandum evocantes. Confluxerunt tanti greges, ut Sophiae templum, omnium quae sol adspicit spatiosissimum, ad praesentem usum haud satis capax appareret, a sacerdotibus confertim repletum videlicet. Ubi

A.C. 1341 καὶ ἡ προθεσμία παρῆν τῶν ἱλασμῶν, ἐτελοῦντο ἀθορύβως καὶ
V. 285 τεταγμένως οὕτως, ὡς δοκεῖν ὀλίγους τινὰς εἶναι καὶ εὐαριθμή-
τους τοὺς τελοῦντας. οὐδὲ γὰρ ἄσημός τις ἐξηκούετο θροῦς,
οἷον ποιεῖν φιλεῖ τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐξαισία τις εὐαρμοστία
καὶ συμφωνία μέλους, πάντων ἐφεξῆς τοὺς ἱεροὺς ᾀδόντων
ὕμνους. καὶ ἦν οὐκ ἔκπληξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡδονὴν τὸ
θέαμα παρέχον, κατάλογος ἱερὸς ὁρώμενος τοσοῦτος ἅμα τοῖς
ἱεράρχαις, στολαῖς ἱεραῖς κεκοσμημένοι καὶ μίαν τελοῦντες
τελετὴν, ὑφ' ἑνὶ καθηγεμόνι τῷ πατριάρχῃ τεταγμένοι. λαμ-
D πάδων δὲ περιουσίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ πολυτελείᾳ τῆς παρασκευῆς
καὶ τὰς πώποτε ὑμνουμένας παρηκόντισε τῶν ἑορτῶν. ἀνα-
λώματα δὲ τὰ ἐπὶ τούτοις καὶ τοὺς τῶν ἱερέων μισθοὺς, φι-
λοτίμως μάλιστα γεγενημένους ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν, οἴκοθεν
ὁ μέγας δομέστικος παρέσχετο αὐτός.

P. 351 β'. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν ἱλασμῶν τοιαῦτα ἐγεγόνει. αὐ-
τὸς δὲ εἴχετο τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως ὥσπερ καὶ πρό-
τερον, μηδένα ὑποπτεύων περὶ οὐδενός. τῷ πατριάρχῃ δὲ
οὐκ ἤρκει μένειν ἐπὶ τοῖς προτέροις, ἀλλ' ἐδόκει δεῖν ἀντέ-
χεσθαι τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικήσεως, ὡς αὐτῷ προσ-
ηκούσης ἐκ τοιαύτης δή τινος αἰτίας. ἔτι περιόντος βασι-
λέως οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸ τῆς τελευτῆς συνεβούλευεν ὁ μέ-
γας δομέστικος αὐτῷ πατριάρχην πεῖσαι ἐπιτίμιον ἀνατείνα-
σθαι καὶ χωρισμὸν τῆς ἐκκλησίας τῶν πιστῶν, εἴ τις τετε-

dies placandis manibus dicta illuxit, omnia adeo citra tumultum tantoque ordine peracta sunt, quasi qui peragebant pauci ac numeratu faciles essent. Neque enim saltem obscurius murmur, quale in frequentia solet, sed admirabilis quaedam, omnibus alternatim sacros hymnos modulantibus, concinnitas atque convenientia vocum exaudiebatur: nec stupori tantum, sed voluptati quoque erat hoc spectaculum, dum ita ingens sacerdotum multitudo cum episcopis, induta sacris vestibus, sub uno patriarcha duce, iisdem ritibus fungeretur. Lampadum vero copia reliquique apparatus amplitudo omnium dierum festorum, qui unquam memorabiles exstiterunt, magnificentiam splendoremque superabat. Atque in haec et in sacerdotum amplissima honoraria pro cuiusque dignitate sumptum de suo fecit magnus domesticus.

2. Piamina quidem haec fuerunt. Ipse autem magnus domesticus, quomodo antehac, ad rem publicam procurandam incumbebat, de nemine nulla in re quidquam suspicans mali. Patriarcha in sua pelle quiescere non poterat, sed imperii administrationem, ut sibi congruentem, ex causa istiusmodi capessendam iudicabat. Non parum diu ante excessum Imperatori consilium dedit magnus domesticus, patriarchae auctor esset poenam et eiectionem ex ecclesia interminandi, si quis Imperatore mortuo

λευτηκότος βασιλέως ἐπιβουλεύσειε τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ τὴν A. C. 1341 βασιλείαν παρέλοιτο ἀδίκως. ἔφασκέ τε πείθειν ἐπιχειρῶν, ὡς οὐδὲν ἔσονται τοιαῦτα πράττοντες τῶν ἀτόπων εἰργασμένοι καὶ παραλόγων, ἀλλὰ καὶ ὠφέλειαν οὐ μικράν τινα πα- C ρέξονται τοῖς παισὶν ἐκ τούτου, εἴ τι τοιοῦτον συμβαίη περὶ αὐτούς. πᾶσι μὲν γὰρ ἄδηλον εἶναι τὸ τοῦ θανάτου τέλος, ὁπότε ἥξει, μάλιστα δὲ αὐτοῖς ἀεὶ περὶ μάχας καὶ κινδύνους ἠσχολημένοις. καὶ οὐδὲν εἶναι τῶν ἀδυνάτων, εἰ καὶ ἀμφοτέροις αὐτοῖς συμβαίη περὶ μίαν μάχην πεσεῖν. εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, ἀπρονοήτους παντάπασι συμβαίνει λείπεσθαι τοὺς παῖδας, μήθ' ἑαυτοῖς ἀμύνειν διὰ νηπιότητα δυναμένους, μήθ' ἕτερόν τινα ἔχοντας τὸν προστησόμενον γνησίως καὶ ἀδόλως. βασιλεὺς δὲ οὐκ ἐπείθετο ῥαδίως, γνώμης τε ὢν ἀγαθῆς καὶ μᾶλλον οἰόμενος προσήκειν ἐπὶ τὴν πάντα δυναμένην δεξιὰν τὰς ἐλπίδας τῆς τῶν παίδων σωτηρίας ἔχειν, ἢ πρὸς συκίνην ἐπικουρίαν τὴν ἐξ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας ἀποβλέπειν, συνορῶν, ὡς καὶ τοῖς πρὸ ἐκείνων βασιλεῦσι τοιαῦτα ἐπινενοημένα ὤνη- D σαν οὐδέν. ἔφασκέ τε, ὡς ἢ θεὸς ἄνωθεν χεῖρα σώζουσαν ὑπερέχων ἢ τῶν ἡμῖν εὔνων ἡ δύναμις, ἂν τῶν ἐναντίων ὑπερέχῃ, τὰς τῶν ἀδικεῖν ἐθελόντων ἂν κωλύσειεν ὁρμάς· ὅρκοι δὲ καὶ δεσμοὶ καὶ ὅσα παραπλήσια, οὐδὲν ἂν ἐκφοβήσειε τοὺς πλεονεκτεῖν προῃρημένους. διὸ καὶ τῆς τοιαύτης πράξεως ἀποσχέσθαι, ὡς οὐ V. 286 μόνον οὐδὲν ἡμῖν λυσιτελούσης, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις οὐ τὴν τυ-

11. *δυναμένοις* P. et M. 12. *ἔχουσι* M.

universum necessario peribitis. Sin illi morem gesseris, tibi et rei publicae etiam atque etiam profueris. Si igitur haec ab imperatore didici et per me similiter iudico, quomodo non ineptum sit, quae tu male et secus quam decebat cogitasti, iis me quoque libenter assentiri? Quare si ex his quae dixi, tu quoque, summa rei indignitate perspecta, haec velle et loqui desieris et ut consueveras, in gubernando processeris, ipse quidem divina te adiuvante manu, quae in commune Romanis commodabunt efficies: mihi vero a calamitatibus meis deflendis ac plangendis requiem praestabis, quae sola erit consolatio mea et malorum meorum induciae, et quae iusta, utilia tibique decora sunt perpetrabis. Sin contemptis et abiectis omnibus hoc uno te obfirmaveris, quod tibi proposuisti, quid ipsa contra factura sim, enuntiabo. Omni verecundia et imbecillitate muliebri deposita ac veluti prae malorum magnitudine mentis inops, in media urbe loco aliquo editiore conscenso, unde verba mea ad omnium aures allabantur, intentissima plenissimaque voce exclamabo: viri Romani vosque Graeci vosque barbari, audite; perierunt, occiderunt omnia, nec ulla manet amicis apud homines gratia, nec cuiquam veritas et iustitia curae sunt; et animi constan-

φθαρται, καὶ οὔτε φιλίας χάρις οὐδεμία κεῖται παρ' ἀνθρώ- A.C. 1341
ποις, οὔτ' ἀληθείας μέλει καὶ δικαιοσύνης οὐδενί· λογισμῶν τε στεῤῥότης οἴχεται ἐκ τῶν ἀνθρώπων καὶ συλλήβδην πάντα ἀγαθὰ, εἰ δὴ ὁ μέγας δομέστικος ὥσπερ ἔκ τινος ἀντιπνοίας ἐναντιώτατος ἑαυτῷ φανεὶς καὶ τῆς μὲν φιλίας ἐπιλελησμένος βασιλέως, ἀμελήσας δὲ καὶ τῆς αὐτῷ προσηκούσης ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης καὶ φιλοτιμίας τῶν καλῶν, αὐτὸς μὲν ἐσκέψατο ἀπραγμοσύνῃ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῇν, ἐμὲ δὲ καὶ παῖδας τοὺς ἐμοὺς πολλῆς νυνὶ τῆς κηδεμονίας δεομένους ὥσπερ τι βάρος ἀνόνητον ἀπεῤῥίψατο καὶ κατέλιπεν, ὥσπερ ἀγνοήσας, εἰ δήποτε καὶ μορφὴν ἡμῶν ἔγνω ἢ ἀκοῇ παρει- D
λήφει τὰ καθ' ἡμᾶς. οὕτω δὲ τὸ ἄφιλον τῆς σῆς γνώμης καὶ ἄστατον καὶ ἀβέβαιον στηλιτεύσασα, εἴ γε συμβαίη, καὶ τεθνήξομαι ἡδέως, παρὰ σοῦ δίκας ἀρκούσας ἐμοὶ λαβοῦσα. ἐπὶ τούτοις δὲ πᾶσιν αὖθις σοῦ δέομαι, μηδὲν παρενοχλεῖν, ἀλλὰ τῶν τε λόγων ἀποσχέσθαι τουτωνὶ καὶ τὰ δέοντα ποιεῖν, ὥσπερ ἐξαρχῆς ἐχόμενον τῶν πραγμάτων.

ε'. Τοιαῦτα μὲν ἀπεκρίνατο ἡ βασιλὶς ἐξ ἄγαν ἀλγού- P. 363
σης καὶ ὀδυνωμένης ψυχῆς. ὁ μέγας δὲ δομέστικος ὥσπερ ἐλεγχόμενος αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ, ὡς δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ προσήκοντα ἐφθέγξατο, καὶ μηδὲν ἀντιλέγειν ἔχων πρὸς οὕτως ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς ἀληθείας, πρὸς πατριάρχην μὲν ἐφθέγ- B
ξατο οὐδὲν, παραλαβὼν δὲ αὐτὸν, εἴσεισιν εἰς βασιλίδα. ἡ

10. ἀπεῤῥίψατο V., ἀπετρίψατο P. et M.

tia, summatim, bona omnia ab hominibus demigrarunt: siquidem magnus domesticus ceu vento reflante sibimet ex diametro contrarius evasit, et amicitiae, quae illi cum imperatore intercedebat, oblitus, neglectaque, quod minime decebat, veritate atque iustitia et honestatis amore posthabito, ipse quidem, quod superest annorum, per inertiam traducere constituit: me autem liberosque meos nunc aliena et multa solicitudine indigentes, ita reliquit ac si onus inutile reiiceret: quasi nesciret, ecquid unquam nos de facie nosset aut res nostras auribus accepisset. Sic animum tuum a colenda amicitia alienum et inconstantiam tuam omnibus palam prodam et, si ita res tulerit, etiam laeta moriar, poena de te sumta. His de causis rursum te oro, ne turbas moveas: sed verbis istiusmodi temperans, ut ab initio solebas, rem publicam administres.

5. Hoc responsum e nimium dolente et afflicto pectore profectum remisit imperatrix. Magnus autem domesticus tamquam a semetipso convictus, eam iusta rationique consentanea locutam, et nihil potis adeo manifestae veritatis demonstrationi opponere, patriarchae quidem nihil respondet: sed cum eo ad imperatricem ingreditur. Quae primo eius aspectu dolore oppressa, diu largo

A.C. 1341 μὲν οὖν εὐθὺς ὡς εἶδε, λύπῃ κάτοχος γεγενημένη, δάκρυσι
περιεῤῥεῖτο καὶ ἐθρήνησεν ἐφ' ἱκανὸν, τῆς ἔνδον ἀλγηδόνος
ἐναργῆ τεκμήρια τὰ δάκρυα παρεχομένη. ἐπεὶ δὲ ἐπαύσατο,
V. 295 λόγου πρὸς αὐτὴν ὁ μέγας δομέστικος ἤρχετο τοιοῦδε. „ἔθος
ἐστὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἐπειδὰν αὐτοῖς τινες χρήσωνται
διαλλακταῖς ἢ πρὸς φίλους καὶ ὀκείους, ἐάν τι πρὸς αὐτοὺς
διενεχθῶσιν, ἢ καὶ πρὸς ἄγαν πολεμίους, τὰ μὲν σκληρὰ
τῶν ἀποκρίσεων καὶ ὅσα μάλιστα δυνατὰ, τήν τε εἰρήνην
C διαλύειν καὶ διερεθίζειν τὸν ἀκούοντα πρὸς ὀργὴν, ταῦτα
μὲν συγκαλύπτειν καὶ παριέναι σιγῇ· ὅσα δὲ προσηνῆ καὶ
ἥμερα καὶ ἱκανὰ πρὸς διαλύσεις, τὰ τοιαῦτα ἀπαγγέλλειν,
οὐκ ἐλάττω ἢ ὅσα ἤκουσε προστιθέντα καὶ παρ' ἑαυτοῦ.
ὥσπερ αὖ πάλιν οἱ τοὺς τρόπους μοχθηροὶ καὶ συγκρούειν
τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἀλλήλους ᾑρημένοι, τὰ πρὸς ὀργὴν
μὲν ἀπαγγέλλουσι μετὰ προσθήκης, ὅσα δὲ πρὸς διαλλαγὰς
ἐπιτήδεια καὶ συμβάσεις, σιωπῶσι. νυνὶ δὲ δὴ καὶ αὐτὸς
τῷ πατριάρχῃ μηνυτῇ χρησάμενος τῶν λόγων τῶν ἐμῶν καὶ
πάλιν δι' αὐτοῦ τὴν γεγενημένην ἀπολογίαν παρὰ σοῦ μεμαθηκὼς,
ἔδεισα μὴ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, οἰδαίνουσαν καὶ φλεγο-
D μένην ὑπὸ λύπης, ἀναψύχειν βουλόμενος καὶ καταστέλλειν,
τοιαῦτα ἐφθέγξατο ἥμερα καὶ προσηνῆ. πρὸς σὲ δὲ οὔτε τοὺς
ἐμοὺς ἀκεραίους διεσώσατο λόγους, μήτ' αὖ πάλιν οἵας ἔτυ-
χεν ἀπολογίας ἀπήγγειλε καὶ πρὸς ἐμέ. ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων

6. ἐάν τε P. 10. περιέναι P.

humectavit ora flumine et lacrymis intestinum cruciatum testata est. Postquam quievit, magnus domesticus sic eam compellavit. Usitatum est viris bonis, cum pro pacificatoribus aut ad amicos et cognatos, si quid inter eos dissidii natum fuerit, aut etiam ad hostes capitales missi fuerint, quae in responsione duriora sunt et quaecumque tum pacem distinere, tum audientem irritare ad iram possunt, ea silentio tegere ac praeterire: quae autem lenia, mansueta et ad compositionem idonea, ea renuntiare ac non pauciora iis, quae acceperunt, de suo apponere. Quomodo contra improbi et qui homines inter se committere constituerunt, quae ad excitandam iracundiam valent, cum auctario nuntiant: quae autem ad reconciliationem et pacta ineunda quadrarent, illa reticent. Nunc quia et ipse patriarcha verborum meorum ad te internuntio usus sum rursusque per eum responsionem tuam accepi, timui, ne animum quidem meum ira doloreque tumentem et ardentem refrigerare ac reprimere volens, tam placida et mitia protulerit: ad te autem neque mea verba importuniora servaverit, neque rursum, quae respondisti, retulerit: sed alia pro aliis locutus, nunc ad tempus nos conciliet, pauloque post dissidium inter nos maius et gravius

ἕτερα εἰπὼν, νῦν μὲν διαλλάξει πρὸς καιρὸν, ὕστερον δὲ A.C. 1341 ὀλίγῳ μείζω καὶ βαρυτέραν κατασκευάσει γενέσθαι τὴν διαφοράν. οὗ δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὸς, εἰ τοιαῦτα ὄντως εἴρηται παρὰ σοῦ, δεῖν ἔγνων ἀκριβῶς μαθεῖν, ὡς ἂν εἰδείην, ᾗ χρὴ καὶ περὶ τῶν ἐπιλοίπων ποιήσασθαι τοὺς λόγους." καὶ πάντα διεξελθὼν, ὅσα πατριάρχης πρὸς αὐτὸν διαλεχθείη, ἐπυνθάνετο αὐτῆς, εἰ καὶ αὐτῇ τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον. ἐφ' ἅπασι δὲ συντιθεμένης ὡς ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς γεγενημένοις, „οὐκοῦν," εἶπεν „εἰ καὶ πρὸς τὰ ἐπίλοιπα τραχέως δόξω P. 364 προσφέρεσθαι καὶ ἀπερισκέπτως, μηδεμίαν ἐμοῦ καταγινώσκειν μήτ' ἀπειροκαλίαν, μήτ' αὐθάδειαν καὶ θρασύτητα τῶν τρόπων ἀξιῶ, ἀλλ' εἴ τις προσείη καὶ τοῖς λόγοις ἀταξία, ἐκείνην μὲν προσλογίζεσθαι τῶν πραγμάτων τῇ ἀνάγκῃ, ἐμοὶ δὲ παρέχεσθαι συγγνώμην ὡς ὑπ' αὐτῶν βιαζομένῳ. ἐγὼ νομίζω πάντα ὁντινοῦν, ὅστις μέλλει καλῶς καὶ ἦθος κατασκέπτεσθαι ἀνδρὸς καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ὁρμὰς ὁποίας ἔχει, μήτε τοῖς ἔξωθεν περὶ αὐτοῦ προσέχειν λεγομένοις, μήτ' αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ σκοπεῖν ἐν οἷς καιροῖς οὐκ ἐπ' ἐκείνῳ ἦν τὸ τὰ βεβουλευμένα δύνασθαι εἰς ἔργα ἀγαγεῖν, ἀλλ' ἡνίκα ἔξεστι μάλιστα χρῆσθαι τῇ δυνάμει. εἰ γὰρ τότε μηδέν τι φαίνεται B τοιοῦτον δρῶν, οἷον αὐτὸν ἄν τις οἰηθείη, σχολῇ γ' ἂν εἰσέπειτα μεταβαλεῖν ὁ τοιοῦτος ἕλοιτ' ἄν. τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐρῶ μετὰ παῤῥησίας περὶ ἐμαυτοῦ, ὡς οὔτε πρότερον ἐπεθύμησα εἰς βασιλέως σχῆμα μεταμεῖψαι τὸ παρὸν, καίτοι

18. ἀφ' ἑαυτοῦ P. 20. φαίνοιτο M.

efficiat. Quapropter num haec vere abs te dicta sint, accurate cognoscendum duxi. Mox omnia repetens, quae ex patriarcha audierat, num eadem ipsa dixerit sciscitatur. Qua ut recte et vere relatis assentiente, Igitur, subiecit magnus domesticus, tametsi de reliquo ferocius me et inconsideratius videbor gerere, nullius me aut ineptiae aut arrogantiae audaciaeve condemnandum: sed si qua fuerit in oratione mea confusio ac perturbatio, illam rerum necessitati adscribendam, mihi ut ab ipsis coacto ignoscendum autumo. Ego arbitror unumquemque, qui mores et affectiones alterius probe perpensurus et dispecturus sit, neque iis, quae foris de eo dicuntur, debere attendere: neque illum per se ipsum considerare, quibus temporibus consulta implendi potestatem non habebat: sed quibus maxime sua ei libertate ac potestate uti licitum est. Si enim is tum nihil horum committere videbitur, qualia quispiam commissurum putaret, hic in posterum haud quaquam ingenium immutaverit. Proinde et ego de me dicam libere, nec ante cupivisse praesentem habitum mutare cum imperatorio, quamvis toties a superstite adhuc beatae memoriae imperatore invitarer, neque

A.C. 1341 πολλὰ πολλάκις ὑπὸ περιόντος ἔτι τοῦ μακαρίτου βασιλέως
ἐκείνου παρακληθεὶς, οὔτε νῦν ἐρῶ. εἰ γὰρ τοιούτοις ἔρωσιν
ἀτόποις συνέβαινεν ἁλῶναι, τί τὸ κωλῦον ἦν, ὅτε, βασιλέως
τετελευτηκότος, αὐτὸς παραλαβὼν τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου,
τὰ βασίλεια κατέσχον ἐν φρουρᾷ, τῶν τε ἔνδον ἀσφαλῶς κα-
C τεχομένων, καὶ τῶν ἔξω πάντων, τῶν μὲν εὐνοϊκῶς ἐμοὶ δια-
κειμένων, τῶν δὲ ὑποπτησσόντων τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν καὶ
οὐδὲ τολμώντων ἀντιγρύζειν, τὴν οἰκουροῦσαν ἄγειν εἰς φῶς
κακίαν ἢ τὴν ἐπιθυμίαν μᾶλλον κατὰ πολλὴν τοῦ κωλύσοντος
τὴν ἐρημίαν ἐκπληροῦν; νυνὶ δὲ οὐ μόνον οὐδὲν τοιοῦτον
δεδρακὼς ἢ βεβουλευμένος φαίνομαι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον
πᾶν. ἐν ἀσφαλείᾳ γὰρ πάσῃ καὶ τοὺς βασιλέως παῖδας καὶ
V.296 σὲ ἄχρις ἐνάτης ἡμέρας ἐκ τῆς βασιλέως τελευτῆς διατηρή-
σας, μετ' ἐκείνην τήν τε φρουρὰν ἀπήγαγον τῶν βασιλείων,
ἣν αὐτὸς ἐγκαθιδρύσας ἦν, καὶ ἄλλην καταστήσας, ὅσην πρὸς
τὸ τῶν ἐπιβουλευσόντων ἴσως ἐπέχειν τὰς ὁρμὰς ἔκρινα αὐ-
D τὸς ἀρκεῖν, οἴκαδε ἀνεχώρουν, τῶν πραγμάτων ἐχόμενος
ὥσπερ καὶ ζῶντος βασιλέως, πᾶσι παραινῶν, συμβουλεύων,
δεδιττόμενος ταῖς ἀπειλαῖς, μηδὲν νεωτερίζειν, ἀλλὰ καθα-
ρὰν καὶ ἄδολον τηρεῖν καὶ τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν δουλείαν σοί
τε ὁμοίως καὶ παισὶ τοῖς σοῖς, καὶ δῆλος ὢν ὡς δίκας ἐπι-
θήσων τοῖς νεωτερίουσι καὶ τὸν πόλεμον αὐτὸς ἀναδεξόμενος
ὑπὲρ ὑμῶν. τί οὖν ἄν τις εἴποι, τότε μὲν μὴ βουληθῆναι

10. τὴν add. M. 16. ἐπιβουλευσάντων coni. *ED. P.*

iam cupere. Si enim huiusmodi nefanda cupiditate irretitus fuissem, quid tandem erat impedimenti, quando mortuo imperatore ipse, acceptis in tutelam eius filiis, palatium custodia muniebam, et qui erant intus tuto tenebantur, qui autem foris, eorum alii bene mihi volebant, alii potentiam meam formidabant, nec hiscere contra audebant, quo minus latentem intus ambitionem foras exercerem, vel potius in tanta intercedentium solitudine cupiditatem meam satiarem? Quod tantum abest, ut fecerim aut meditatus sim, ut plane contrarium fecerim. Nam te et filiis imperatoris usque ad diem ab eius interitu nonum tutissime in palatio servatis, postea praesidium a me ibi collocatum deduxi: et alio imposito, quantum ad insidiatorum, si qui existerent, impetus cohibendos suffecturum censui, domum recessi; moderamen imperii, quod vivo imperatore habueram resumpsi: omnes hortans, omnibus suadens, minarum etiam terrore interposito, ne quid molirentur novi: sed puram et candidam tibi aeque ac filiis tuis benevolentiam obedientiamque praestarent: nec dissimulans, me novarum rerum auctoribus poenas irrogaturum bellumque pro vobis suscepturum. Quid ergo? tunc quidem noluisse me dicet quispiam, cum possem; nunc autem velle,

δεδυνημένον, νυνὶ δὲ βουλόμενον, μὴ τῆς ἴσης δυνάμεως A.C. 1341
εὐπορεῖν; ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὥσπερ καὶ τότε αὐτός τε ἂν δύ-
νασθαι ἰσχυρισαίμην καὶ ὑμεῖς συνομολογήσαιτε ἐμοί· ὥστε P. 365
οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ἀπεσχόμην
τῶν κακῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μάλιστα μὴ βούλεσθαι καὶ τῶν φαυ-
λοτάτων τὴν τοιαύτην οἴεσθαι μεταβολήν. εἰ οὖν οὔτε πρό-
τερον, οὔτε νῦν, καίτοι ῥᾷστα καταπράξασθαι δυνάμενος,
οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἄν τις ὑποπτεύσειε, βεβουλευμένος ὤ-
φθην, προσῆκον καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἐμοὶ θαῤῥεῖν καὶ
μὴ τοῖς συκοφάνταις προσέχειν καὶ λογοποιοῖς πολλοῖς κατ'
ἐμοῦ φυησομένοις. οὐδὲ γὰρ περὶ μικρῶν τινων καὶ εὐκα-
ταφρονήτων διαβαλοῦσιν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ζῆν ὑμῖν ἐξαρτή-
σουσι τὸν φόβον, ἢ τά γε δεύτερα, περὶ τοῦ μὴ καλῶς καὶ
ὡς προσῆκον, ἀλλ' αἰσχρῶς καὶ ἀνελευθέρως καὶ δουλεύοντας
ἑτέρῳ ζῆν, ὃ καὶ αὐτὸ τοῖς εἰθισμένοις ἄρχειν οὐδενὸς θα- B
νάτου δεύτερον εἰς ἀλγηδόνος λόγον. ὅτι δὲ τοιοῦτοι φυήσον-
ται πολλοὶ, οὐ στοχάζεσθαι ἔξεστιν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ σαφέ-
στατα εἰδέναι. βασιλεὺς μὲν γὰρ κύριος αὐτὸς τῶν πραγμά-
των ὢν καὶ μηδεμίαν μηδ' ὑφ' ἑνὸς τῶν πραττομένων ὑφο-
ρώμενος ἐξέτασιν, τὰ μὲν αὐτὸς ἑκὼν εἶναι, εἴπερ ἐβούλετο,
χαρίζεσθαί τισιν ἠδύνατο, τὰ δ' ἴσως ἂν καὶ ἠμελεῖτο. νυνὶ
δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐξέσται οὐδενὶ, ἀλλὰ πάντα σὺν λόγῳ καὶ

3. συνομολογήσετε M. 17. καὶ add. M. 21. τι ὅσον pro τισιν P.

cum tantae potentiae facultas non sit? Atqui non minus hodie, quam tunc me posse, vos iuxta mecum confitebimini. Itaque neque prius, neque nunc, quia malefacere nequirem, idcirco abstinui: sed ideo potissimum, quia nolui talemque morum mutationem pessimam omnino reputavi. Quamobrem si nec alias non modo, quamvis facillime possem, quidquam eiusmodi, quale quis suspicetur, me animo agitasse certum est, etiam in futurum mihi fidere, nec sycophantis et mendaciloquis, qui multi contra me exorientur, assentiri convenit. Haud enim in parvis et despicabilibus eorum versabitur obtrectatio, sed de vita amittenda, aut certe non honeste decenterque, sed turpiter et illiberaliter sub alterius iugo exigunda, timorem vobis ingenerabunt: quod ipsum iis, qui imperare consueverunt, nullo genere mortis, si dolorem spectemus, tolerabilius est. Tales autem complures exorituros, non coniectura providere, sed manifestissime scire vobis datur. Imperator namque ipse rerum dominus et nullam in acta sua ab ullo inquisitionem veritus, alia quidem sponte, si volebat, condonare aliis poterat: alia fortassis etiam negligebat. At nunc nihil tale ulli concedetur, verum omnia cum ratione et summa diligentia faciendi necessitatem imponam omnibus: non solum ob solicitudinem vestri, ne minus quam ac-

A.C. 1341 μετὰ ἀκριβείας πράττειν ἀνάγκην πᾶσιν ἐπιθήσω, οὐ τῆς
ὑμετέρας ἕνεκα κηδεμονίας μόνον, ἵνα μὴ ἐλάττω τὴν ἀρχὴν,
ἣν παρέλαβον, ἀλλὰ καὶ μείζω καὶ βελτίω, καιροῦ καλοῦντος,
C ἀποδῶ, ἀλλὰ καὶ φιλοτιμίας καὶ δόξης ἕνεκα ἐμῆς, τὸ δέ γε
τούτων πάντων καὶ μεῖζον καὶ φοβερώτερον ἐμοὶ, τῆς ἐκεῖ-
θεν τῶν πραττομένων ἐξετάσεως καὶ τῶν εὐθυνῶν, ἃς αὐτὸς
ὑφέξειν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ δικαστηρίου ὑπὲρ τῶν εὖ ἢ κακῶς
διῳκημένων μέλλω. τὰ δὲ τοιαῦτα τοῖς εἰθισμένοις ἀμελεῖν
καὶ λυμαίνεσθαι τοῖς δημοσίοις καὶ τὰ ἴδια ἐκ τῆς φθορᾶς
ἐκείνων αὔξειν, παντί τῳ δῆλον, ὡς οὐκ ἔσται ἀνεκτὰ, ὥστε
αὐτοὺς εἰκὸς τὸν τὴν τοιαύτην ἀνάγκην αὐτοῖς ἐπαγαγόντα
ἐκ μέσου ποιεῖν τίθεσθαι διὰ σπουδῆς. τοῦτο δὲ ἄλλως
αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐξέσται, εἰ μὴ πρότερον πολλὰ ψεύδη καὶ
συκοφαντίας πλάσαντες, ἐκπολεμώσουσιν ἡμᾶς ἀλλήλοις. εἰς
ὅσον δὲ ἀτοπίας ἐξελάσει τὰ πράγματα ἡμῖν, ἂν συμβῇ τοι-
D αῦτα, καὶ αὐτὴ μὲν ἂν συνορῴης οὖσα συνετὴ, σαφέ-
στερον δὲ διδάξω καὶ αὐτός. ἢ γὰρ ἐμὲ παρὰ πάντα δικαίου
λόγον ἀνάγκη ἀποθνήσκειν, ἔργον γεγενημένον συκοφαντίας καὶ
διαβολῆς, ἄνθρωπον οὐ μόνον εὔνουν βασιλεῖ καὶ τοῖς ἐκείνῳ
προσήκουσιν ὑμῖν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἐξητασμένον ἀκριβῶς,
ἀλλὰ καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἀδόλως καὶ καθαρῶς διῳκη-
κότα, ὃν εἰ κατὰ δή τινα τύχην παρὰ βαρβάροις δή τισι συνέ-
V. 297 βαινε διατρίβειν πόῤῥω τῆς Ῥωμαίων γῆς, πολλῆς ἂν ἦτε
μέμψεως ἄξιοι δικαίως καὶ κατηγορίας, εἰ μὴ πᾶσαν ἔθεσθε

2. ἵνα M., ἀλλὰ P. 10. τῳ M., τε P.

cepi, sed et maius et melius suo tempore imperium restituam: verum etiam propter incensum quoddam nominis mei propagandi studium, quodque his omnibus et potius et terribilius mihi est, propter examen factorum meorum, quod me illic manet, et rationes, quas apud tremendum tribunal recte aut secus administratae rei publicae reposcendus sum. Quae socordibus et cum iactura communi suas privatim opes augentibus intoleranda fore, nemo non videt. Itaque probabile fit, eum, qui tali ipsos necessitudine constrinxit, e medio tollere conaturos: quod aliter non procedet, ni ante multis confictis mendaciis et consutis sycophantiis nos mutuum exasperaverint. Quo vero turpitudinis res evasura sit, si hoc contigerit, et tu pro tua prudentia videre potes et ipse nihilo minus docebo. Aut enim me calumniae obnoxium praeter omne ius fasque mori necesse est, hominem non solum imperatori et vobis consanguineis eius amicum, tamdiu diligenter exploratum, et in re Romana cum fide integritateque administranda versatum; quem, si fortuna aliqua apud barbaros procul Romanorum terris degeret, valde reprehendendi et accusandi merito censeremini, nisi cum re-

σπουδὴν ἐπανάγειν καὶ ἀνακαλεῖσθαι, χρησόμενοι ᾗ αὐτῷ A.C. 1341 προσῆκεν. ἢ εἰ μὴ αὐτὸς ἑκὼν αἱρήσομαι τὸν θάνατον, ἀλλ' P. 366 ἐθελήσω προνοίας ἐμαυτὸν ἀξιοῦν καὶ μὴ καταπροΐεσθαι τοῖς βουλομένοις τὴν σωτηρίαν, ἀνάγκη σοῦ ἀφίστασθαι καὶ σώζειν ἐμαυτόν. τούτου δὲ γενομένου, ὅτι πλείους ἐμοὶ τῶν Ῥωμαίων ἕψονται καὶ πόλεμος ἐμφύλιος ἔσται χαλεπὸς καὶ πόλεων ἀναστάσεις καὶ μυρίων φθοραὶ πραγμάτων καὶ συμπάσης, ὡς εἰπεῖν, κατάλυσις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, πάντα ὁντινοῦν οἴομαι μὴ ἀγνοεῖν, τὸν καὶ ὁπωσοῦν φρενῶν μετειληχότα. ὧν τὰς δίκας παρ' ἀμφοτέρων λήψεται ἡμῶν ἐπὶ τῆς δίκης ἐκείνης τῆς φοβερᾶς ὁ πάντας μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς, ὡς τούτων αἰτίους πάντων γενησομένους, μᾶλλον δὲ παρὰ μόνης σοῦ, τῆς μήτε παρ' ἑαυτῆς τὸ δέον συνιείσης, μήτε παρ' ἐμοῦ μαθεῖν διδάσκοντος βουλησομένης. B ἐγὼ γὰρ αὐτὸς διϊσχυρίζομαι καὶ τῆς ἄνωθεν χειρὸς συνεφαπτομένης, ὡς οὐδὲν παραβήσομαι τῶν δεόντων, οὐδ' ἔστιν ὅ με πείσει πρόφασιν αὐτὸν τῷ πολέμῳ παρασχέσθαι. εἰ μὲν οὖν οὕτω πέπεικας σαυτὴν, ὥστε μηδὲν μηδέποτε φαῦλον λογίζεσθαι περὶ ἐμοῦ, ἀλλὰ καὶ πάντα ἡγεῖσθαι πράττειν καὶ διανοεῖσθαι ὑπὲρ σοῦ τε καὶ βασιλέως τοῦ σοῦ παιδὸς, τοὺς δὲ διαβάλλοντας ἡγεῖσθαι συκοφάντας καὶ κοινοὺς ἐχθροὺς, καὶ μηδέποτε αὐτοῖς ὡς ἀληθεύουσι μὴ μόνον μὴ πιστεύειν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ὑπέχειν οὖς πρὸς τὰς συκοφαν-

17. αὐτὸν om. P. 19. καὶ om. P.

ducendum ac revocandum omni cura ac sedulitate studeretis, eius opera ut decet usuri: aut si mortem fugiens, saluti meae prospicere, nec eam inimicis prodere voluero, ut me ipsum servem, abs te cogar deficere. Quo facto plures Romanorum me secuturos, bellumque civile saevum et crudele emersurum, urbes et alia innumera perditum iri, et Romanum principatum, ut uno verbo complectar, occasurum, neminem prorsus utcumque rationis participem non cernere opinor. Quorum poenas ab utrisque nostrum tamquam auctoribus horum omnium in iudicio illo horrendo expetet, qui vivos mortuosque iudicabit: imo abs te sola potius, quae neque per te intellexeris, quid te facere conveniret, neque me docere volentem attenderis. Equidem Deo bene propitio ab officii tramite nusquam deflexurum me assevero: nec mortalium ullus mihi persuadebit, ut bello occasionem praebeam. Quare si ea tibi mens, ut nihil sinistrum aliquando de me cogitare velis, sed existimare, omnia me facta et cogitata ad tuendam imperatoris filii tui auctoritatem dignitatemque dirigere, accusatores autem meos in sycophantis communibusque inimicis ducere, nec unquam illis ut veracibus credere; credere autem? imo nec ad aures quidem eos admittere,

A.C. 1341 τίας, δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ σαυτῇ τε καὶ ἐμοὶ συμφέροντα C ἐβουλεύσω καὶ πᾶσι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι κοινῇ, καὶ αὐτὸς τῆς διοικήσεως ἔχεσθαι πείθομαι τῶν κοινῶν. εἰ δὲ πρὸς ταῦτα τὴν ψυχὴν ὁρᾷς ἀδυνατοῦσαν καὶ ἀμφιβόλους δόξας ἔχουσαν περὶ ἐμοῦ, τί δεῖ σφίσι τε αὐτοῖς κἀμοὶ πράγματα παρέχειν, ἀλλὰ μὴ πειθομένους ἐμοὶ τὰ βελτίω συμβουλεύοντι, ἐμὲ μὲν ἐᾷν οἴκοι καθῆσθαι τὴν ἀπραγμοσύνην ᾑρημένον, αὐτὴν δ' ἅμα πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἄλλοις, πολλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς οὖσι, τὰ κοινῇ συμφέροντα Ῥωμαίοις πράττειν; οὐδὲ γὰρ ἀνόητος, οὐδ' οὕτως ἔξω φρενῶν ἐγὼ, ὥστ' εἰς προὖπτον κίνδυνον ἐμβάλλειν ἐμαυτὸν, καὶ ταῦτα μέλλων, μὴ χρημάτων μόνον τῶν ἰδίων ὑπὲρ τῶν κοινῇ Ῥωμαίοις συμφερόντων, ἀλλ' οὐδ' αὐτῆς, εἰ δεήσει, φείδεσθαι ψυχῆς, (πάντως δὲ δεήσει καὶ πολλάκις,) μηδεμίαν δὲ ἑτέραν τῶν D πόνων καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν τοσούτων ἀναλωμάτων τὴν ἀντιμισθίαν ἀπαιτεῖν, ἢ πρῶτον μὲν τὸ ἀπαθῆ κακῶν διατηρεῖσθαι, δεύτερον δὲ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις εὔκλειαν καὶ εὐδοξίαν, ἧς τὸ μὴ ἡττῆσθαι οὐ τῶν πάνυ λαμπρῶν καὶ περιδόξων, ἀλλὰ τῶν φαύλως καὶ ἀτίμως καὶ οὐδὲν ἄμεινον τῶν πολλῶν βιοῦν προῃρημένων. ἐμοὶ μὲν οὖν σκεψαμένῳ, τοιαῦτα ἔδοξε πρὸς ἐμαυτὸν ἰδίᾳ τε ἡμῶν ἑκάστῳ καὶ πᾶσιν ὁμοῦ συμφέρειν. σὲ δὲ προσήκει καὶ κοινῇ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἰδίᾳ σκεψαμένην περὶ τῶν αὐτῶν, ἅτ-

14. πάντων P. 18. ἡττᾶσθαι M.

iuste et quod tibi ac mihi pariterque Romanis prosit, statueris: et hac conditione gubernacula recipiam. Sin autem ad haec praestanda infirmitatem perspicis animi tui ac de me fluctuant cogitationes tuae, quid opus est mihi ac vobis facessi negotium? Cur non potius mihi bene monenti obtemperatur et ego quidem domi solutus occupationibus, quod volui, relinquor: tu vero cum patriarcha aliisque multis et bonis viris communi Romanorum commodo servis? Non enim tam insipiens sum, nec tam a recta ratione disto, ut in malum ante oculos positum me praecipitem: idque non pecuniis meis dumtaxat pro utilitate publica, sed nec ipsi vitae, si res vocabit (omnino autem et saepius vocabit) ullo modo parsurus. Nec ullam aliam laborum periculorumque et tantorum sumptum remunerationem exposco, quam ut primum quidem tutus sim a malis, deinde propter praeclara facta celebritatem et gloriam, cuius desiderio non vinci, haud valde insignium conspicuorumque, sed eorum est, qui vitam ignavam et inhonoram vulgaremque plane vivere instituerunt. Mihi igitur, re considerata, et privatim cuique nostrum et simul omnibus haec conducere visa sunt. Tuarum partium erit, re una cum aliis et sola tecum excussa,

τα ἂν εἴη λυσιτελέστερα, ἑλέσθαι. δοίη δὲ θεὸς ἑλέσθαι τὰ A.C. 1341 βελτίω.

ς'. Τοιαῦτα πρὸς βασιλίδα μετὰ παῤῥησίας τοῦ μεγά- P. 367 λου δομεστίκου καὶ χωρίς τινος περικαλύμματος διειλεγμένου, V. 298 ἐπῄνεσέ τε τοὺς λόγους καὶ αὐτὴ, ὡς οὐ σκληρῶς οὐδὲ τραχέως, ὥσπερ προοιμιαζόμενος εἶπεν, εἰρημένους, ἀλλ' ἀληθείας τε ἐχομένους καὶ δικαιοσύνης καὶ παῤῥησίας πρεπούσης B φίλῳ ἀληθεῖ. περὶ μὲν οὖν τοῦ πρότερόν τε καὶ νῦν ὁμοίως μάλιστα εἶναι δυνατὸν αὐτῷ, εἰ ἐβούλετο, τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ἑαυτῷ περιποιεῖν, σαφέστατα πάντων αὐτὴ εἰδέναι ὡμολόγει. πρὸς ἃ δὲ ἠξίου ἰσχυρίζετο, ὡς οὐ μόνον ταῦτα, ἅπερ ᾔτησεν αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ πολλαπλασίω ἀνασχέσθαι δυνατή· καὶ ὡς οὐδ' ἂν εἰ πάντες ἄνθρωποι συμφωνήσαντες φαῖεν κατ' αὐτοῦ, δυνήσονται ταύτην αὐτῷ ἐκπολεμῶσαι, ἀλλ' ἄθικτον αὐτῷ καὶ ἀκεραίαν τηρήσει τὴν φιλίαν, εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλὰ τῶν γε βασιλέως λόγων μεμνημένη, ᾧ πολλάκις εἴρηται περὶ αὐτοῦ, ὡς οὐδ' ἂν εἰ ξίφος C σπασάμενον κατ' αὐτοῦ χωροῦντα ὡς ἀποκτενοῦντα ἴδῃ, οὐδ' οὕτω δυνήσεσθαι αὐτὸν μισῆσαι, ἀλλὰ τὴν ἴσην εὔνοιαν αὐτῷ, καὶ τούτου πεπραγμένου, τηρήσειν καὶ φιλίαν. ᾧπερ ἔφασκε χρωμένη διδασκάλῳ καὶ αὐτὴ τοσοῦτον ὑπερέχοντι αὐτῆς καὶ συνέσει καὶ πραγμάτων ἐμπειρίᾳ, τὰ ἴσα περὶ αὐτοῦ καὶ γινώσκειν καὶ πειράσεσθαι φυλάξειν. καὶ παρεθάῤῥυνεν αὐτὸν, μηδὲν περὶ αὐτῆς ὑποπτεύειν ἀγεννὲς, ἀλλ' εἶναι βε-

17. ᾧ M., ὡς P. 20. τηρήσει P.

quae conducibiliora fuerint, eligere. Faxit autem Deus, ut meliora eligas.

6. Cum ita libere sineque ullo integumento verba fecisset magnus domesticus, imperatrix ut non dura ac aspera (quod tamen in prooemio promiserat) sed vera et ex aequitate cum libertate amico germano conveniente locutum commendavit. Potuisse igitur antea et nunc perinde maximeque posse, si luberet, Romanum possidere imperium, certissimo scire se non negabat. Ad ea autem quae petebat, non illa modo, verum multo plura sustinere se posse respondebat; et quamvis omnes mortales consensu adversus illum garrirent, nunquam illi infensam reddituros, sed inviolatam sinceramque amicitiam ei praestituram; si non propter aliud, saltem propter ea, quae ex imperatore saepenumero audierit: nec si districto ense in se occidendi causa ruentem videret, posse illum odisse, sed pristina benevolentia etiam sic complexurum et amici loco nihilo minus habiturum. Et aiebat, se imperatore magistro, tantum sibi prudentia et usu praestante, eadem de illo sentire et eius admonitioni parituram; confirmabatque illum, ne quid de se abiectum

A.C. 1341 βαίως πεπεισμένον, ὡς οὐδὲν ἔσται τηλικοῦτον, ὃ δυνήσεται
τοὺς αὐτῆς κατασεῖσαι λογισμοὺς καὶ περὶ αὐτοῦ κακὰ λο-
γίζεσθαι παρασκευάσει. ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ μέγας δομέστικος
τὴν μὲν ὁμολογίαν βασιλίδος ἀρκοῦσαν οἰηθεὶς ἀπόδειξιν
D πρὸς τὸ μηδὲν εἶναι ἐμποδὼν, εἰ ἐβούλετο κακὸς ὀφθῆναι,
μάλιστα δὲ δυνάμενος ἑκόντι τἀγαθὰ καὶ δίκαια αἱρεῖσθαι,
εἶτα καὶ τῆς καλοκἀγαθίας καὶ τῆς εἰς αὐτὸν στοργῆς χάρι-
τας ὁμολογήσας βασιλίδι, αὖθις ἀνελάμβανε τὸν λόγον, μὴ
δὴ διὰ ταῦτα, φάσκων, μήτ᾽ αὐτὴν, μήτε πατριάρχην ὑπο-
πτεύειν, αὐτῷ τοὺς λόγους ὡς πανούργως εἰρημένους, ἄδειαν
αὐτῷ προπαρασκευάζοντι τὸ μηδ᾽ ἄν τις ἀληθῆ λέγειν ἔχῃ
περὶ αὐτοῦ καὶ ἀποδεικνύειν ἀδικοῦντα, τόπον ἔχειν πρὸς
τὴν κατ᾽ αὐτοῦ κατηγορίαν καὶ γραφήν· οὐ γὰρ τοῦτο βού-
λεσθαι αὐτῷ τοὺς λόγους· ἀλλ᾽ εἰ μέν τινες τοιαῦτα δήποτε
κατηγοροῖεν, οἷα αὐτὰ ὑφ᾽ ἑαυτῶν ἐξελέγχεσθαι ὡς εἰσὶ συ-
P. 368 κοφαντίαι καὶ διαβολαὶ, τούτων μηδένα ποιεῖσθαι λόγον,
ἀλλὰ καὶ τοὺς πλάττοντας μισεῖν. εἰ δ᾽ ἄρα οὕτως εἴη πι-
θανὰ, ὥστ᾽ ἀμφιβολίαν ἐμποιεῖν, εἰ μᾶλλον χρὴ πιστεύ-
ειν ἢ παντάπασιν ἀπιστεῖν, μὴ ἐρήμην εὐθὺς καταψη-
φίζεσθαι καὶ ἀπόντος, ἀλλ᾽ εἰς δικαστήριον καλεῖν, κἂν
ἁλίσκωμαι ἀδικῶν, οὐ παραιτοῦμαι τῆς κακουργίας διδό-
ναι δίκας." τῆς βασιλίδος δὲ τὸν περὶ τῆς δίκης λόγον ἀπο-
σειομένης καὶ μηδ᾽ ἂν, εἴ τι γένοιτο, τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ φρο-
νήσειν διατεινομένης, ὥστε καὶ δικαστηρίων δεήσεσθαι πρὸς

6. *δυνάμενον* M.

suspicaretur, sed constanter crederet, nihil tanti fore, unde ipsa, de sententia deturbata, male de eo existimaret. Post haec magnus domesticus imperatricis confessione satis demonstratum arbitratus, nihil sibi esse obstaculo, si improbe velit agere, et posse sponte sua bene iusteque facere: deinde ob integritatem et amorem in se declaratum gratiis actis, denuo sic ait. Nec ipsam, nec patriarcham verba sua suspecta habere oportere, quasi ita securitatem sibi praeparet, ut neque si quis ut improbum eum accusare queat et dicam impingere, recipiatur eius oratio: non enim sibi hoc velle: sed si quidam aliquando de talibus eum accusarent, quae meras esse calumnias et sycophantias ipsi a semetipsis convincerentur, horum nullam duci rationem debere: sed cum figmentis suis aversandos. Sin ita probabilia forent, ut dubitaretur, credendane an prorsus repudianda essent, non statim indicta causa et absentem condemnandum, sed in iudicium vocandum; ibi sceleris convictum sese poenas non invite suscepturum. Cum imperatrix mentionem poenae non ferret affirmaretque, quidquid tandem eveniret, nunquam ita de ipso cogitaturam, ut iudicio illum arcesseret, Non se

αὐτὸν, οὐκ ἔφασκεν ἐκεῖνος ἀγαπήσειν, εἰ μὴ καὶ περὶ A.C. 1341
τούτου πείθοιτο αὐτῷ τῶν ἄλλων μᾶλλον ἕνεκα ἢ αὐτῆς, ὥστε διὰ πάντων αὐτοῖς ἀποφράττεσθαι τὰς γλώσσας καὶ V. 299
μὴ πρόφασιν ἐκ τούτου κακουργίας καὶ διαβολῆς λαβεῖν. B
ἀπαγορευούσης δὲ αὐτῆς καὶ οὐκ ἐθελούσης πείθεσθαι, ἔπεισε πολλὰ εἰπὼν, ὡς περὶ ἀναγκαίου, ἄκουσαν μὲν καὶ τόγε εἰς αὐτὴν ἧκον τῶν τοιούτων μὴ δεομένην ζητημάτων· ἐπείθετο δ' οὖν ἕνεκα αὐτοῦ. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ αὐτὸς ἡσθεὶς καὶ πᾶσαν λογισμῶν ἀμφιβολίαν ἀποθέμενος, χαίρων ἔφασκεν ἤδη παραλήψεσθαι τὴν ἀρχὴν, εἰ καὶ δι' ὅρκων γένοιτο πιστὰ τὰ εἰρημένα. καὶ αὐτίκα ἐτελοῦντο καὶ οἱ ὅρκοι παρ' ἑκατέρων ἐπὶ τοῦ πατριάρχου. ἐπεὶ δὲ οὐδενὸς αὐτοῖς ἐνέδει ἔτι πρὸς τὰς διαλύσεις, βασιλὶς μὲν οἴκοι ὑπελείπετο, ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἤδη πᾶσαν τὴν ἀρχὴν βεβαίως ἔχων, ἐξῄεσαν ἅμα πατριάρχῃ. καὶ πρὸς τῷ ναῷ τοῦ μεγαλομάρ- C
τυρος γενόμενοι Δημητρίου, ὃς τῶν βασιλείων ᾠκοδόμητο ἐντὸς, πολλὰ καὶ πρὸς πατριάρχην ὁ μέγας δομέστικος διελέχθη. ἔφη γὰρ, πεπεῖσθαι μὲν καὶ αὐτὸν σαφῶς, ὡς οἵους ἡ βασιλὶς ἐφθέγξατο λόγους, τοιοῦτον καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. θορυβεῖσθαι δὲ αὖθις οὐ μικρῶς, τὴν ἀσθένειαν τῆς γυναικείας φύσεως εἰδότα, ὡς εὐμετάβλητος διὰ δειλίαν, καὶ δεδοικέναι, μὴ αὐτὸς μὲν ἀναγκάζοιτο πάντοτε μακραῖς ἀποδημίαις χρῆσθαι διὰ τοὺς πρὸς τοὺς περιοίκους βαρβάρους πολέμους, οἱ συκοφάνται δὲ οἰκουροῦντες πείσωσί ποτε αὐτὴν

quieturum, domesticus respondebat, nisi et in hoc sibi obsequeretur, aliorum causa magis, quam sua: ut sic per omnia illis ora obstruerentur et ne hinc maligne calumniandi occasionem sumerent. Recusanti vero et invitae, quod se huiusmodi quaestionibus non egere diceret, multis verbis ut rem necessariam persuasit. Domestici igitur causa assensit. Quocirca et ipse exhilaratus omnique cogitationum perplexitate deposita, se iam cum gaudio ad imperium moderandum esse regressurum dixit, si etiam sacramento dicta firmarentur: quod mox ab utroque coram patriarcha factum est. Perfecta igitur pacificatione imperatrix domi mansit. Magnus autem domesticus, totius imperii gubernatione sibi confirmata, cum patriarcha recessit et apud aedem magni martyris Demetrii intra aulam longo eum sermone detinuit: nempe hoc. Ego quoque, non aliter quam sentiret, imperatricem locutam esse, plane credo. Perturbor tamen non mediocriter, quod naturae muliebris imbecillitatem, quam scilicet varia et ob timiditatem mutabilis sit cognosco: et male metuo, ne ego quidem semper propter bella cum finitimis barbaris abesse longius cogar, sycophantae autem domi desidentes aliquando illam pervertant. Quod et viris in pugna imbellissimis accidere videmus, qui a domesticis probrose increpiti et contume-

A.C. 1341 μεταβαλεῖν, ὃ καὶ ἀνδράσι συμβαῖνον ὁρῶμεν τοῖς περὶ μάχας διὰ δειλίαν ἀτολμωτάτοις. ἐκεῖνοι γὰρ ὑπὸ τῶν οἰκείων D ὀνειδιζόμενοι καὶ περιυβριζόμενοι καὶ ὁτιοῦν ὑπομένοντες δεινὸν, μάχης μὲν οὐ παρούσης, κομπάζουσι πολλὰ καὶ ἰσχυρίζονται καὶ ὅρκους προστιθέντες, μήκετ' αὖθις τοῖς πολεμίοις τὸ πρόσωπον ἀποστρέψειν, ἀλλ' ἀνδρείως ἀντικαταστήσεσθαι πρὸς αὐτούς. ἐπειδὰν δὲ αὐτούς τε ἴδωσι προσιόντας καὶ τῆς σάλπιγγος ἀκούσωσι σημαινούσης συμπλοκὴν, οὐκέτι μένειν οὐδ' ἐπὶ τῆς παρατάξεως οἷοί τέ εἰσιν, ἀλλὰ φεύγουσιν αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς, ὀλίγα φροντίζοντες τῶν ὅρκων καὶ τῶν κομπασμάτων τῶν προτέρων. ἀκούω δὲ καὶ παροιμίας Περσικῆς ὀρθῶς ἄγαν καὶ συνετῶς περὶ τῆς γυναικείας εἰρημένης φύσεως. λέγουσι γὰρ, ὡς κἂν μέχρι νεφελῶν ἀφίκηται ἡ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, οὐδὲν ἔλαττον ἢ πρό-
P. 369 τερον ἐφάπτεται τῆς γῆς· σημαίνοντες, οἶμαι, διὰ τοῦ λόγου, ὡς κἂν εἰς ἄκρον καὶ φρονήσεως ἀφίκηται καὶ μεγαλοψυχίας καὶ ἀνδρίας, οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον ἔστι γυνὴ, τοῖς φυσικοῖς καὶ γυναικείοις πάθεσιν ἐνεχομένη. ἃ δὴ πάντα με ἀποκναίει μεμνημένον καὶ πολὺν ἐμποιεῖ θόρυβον τῇ ψυχῇ, μὴ τῆς βασιλίδος γυναικεῖόν τι παθούσης, οὐκ αὐτὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι πάντες πολλοῖς ὁμιλήσομεν κακοῖς καὶ τοῖς ἐσχάτοις περιπεσούμεθα κινδύνοις. οὗ δὴ ἕνεκα πρῶτα μὲν τῶν ὑπηργμένων παρ' ἐμοῦ σοι ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκω, οὐδ' αὐτὸν ἴσως ἐπιλελησμένον, ὡς εἰς τοῦτο εὐδοξίας καὶ τιμῆς παρὰ τὴν ἡμετέραν ἧκεις καὶ φιλίαν καὶ σπουδὴν, οὐ

6. ἀλλ' add. M. ἀνδρ. αὐτίκα στήσεσθαι P. 18. δὲ pro καὶ P.

liosissime vexati ac nihil non grave perpessi, extra praelium verbis se iactitant magnifice et iurati affirmant, de cetero non tergum hostibus praebituros, sed generose contra pugnaturos. Postquam autem eos accedentes conspexerunt et tubam belli signum exaudierunt, in acie amplius consistere non possunt; sed iuramenti et iactantiae prioris obliti, ignave ac turpiter fugiunt. Scitum est etiam quod apud Persas ferri proverbium audio: femina terram adhuc tangit, quamvis capite nubes tetigerit. Quo significant, opinor, etsi ad summum prudentiae magnanimitatis et fortitudinis venerit mulier, nihilo minus, ut antea, esse mulierem; hoc est naturalibus et muliebribus affectionibus subditam. Quae omnia me reminiscentem solicitant et animum metu implent, ne, siquid, ut feminae, imperatrici acciderit, non ego solum, sed et Romani omnes multis involuti malis, extremis periculis circumveniamur. Quare primum quidem ultro praestitorum tibi a me beneficiorum te admoneo: nec te oblitum puto, quemadmodum ad hoc gloriae et honoris fastigium propter amicitiam nostram studiumque perveneris. Non

μόνον ἐξ ἀφανείας πολλῆς τῷ βασιλικῷ κλήρῳ καταλέξαντος A.C. 1341 καὶ πολλῆς προνοίας οὐκ οἴκοθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βα- B σιλικῶν ἠξιωκότος καὶ, καιροῦ οὐ καλοῦντος, ἐμοῦ τε πρώτου μνησθέντος καὶ βασιλέα πείσαντος ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγειν θρόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχιερέων κοινῇ γνώμῃ πάντων ἀποσειομένων, πολλῇ χρησαμένου πρὸς αὐτοὺς καὶ προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ, ὥστε πεῖσαι ἐγχειρίσαι τὴν περιφανῆ ταύτην καὶ περιμάχητον καθέδραν, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα κινδυνεύοντι περὶ αὐτὴν καὶ μέλλοντι ἀποστερεῖσθαι μόνου πρὸς ἀπαλλαγὴν ἐξαρκέσαντος τῶν δυσχερῶν. ταῦτα δὲ διῆλθον νῦν, οὐκ ὀνειδίζειν προῃρημένος τὰς εὐεργεσίας, C (οὐ γὰρ ἔμοιγε φίλον τὸ τοιοῦτον, οὐδ' εἰ πολλαπλασίους ἦσαν καὶ μείζους,) ἀλλ' ἵν' ἐπιδείξαιμι, ὡς ἄνωθεν φιλίως V. 300 πρὸς σὲ διατεθέντι καὶ πολλὰς παρεσχημένῳ ἀποδείξεις τῆς πρὸς σὲ στοργῆς, δίκαιον καὶ σὲ, τῶν πραγμάτων παρασχόντων, νῦν εὐγνώμονα φανῆναι τῷ προῖκα πρότερον ὀφθέντι φίλῳ καὶ ἀμοιβὰς ἀξίας ἀποδοῦναι τῶν προτέρων εὐεργεσιῶν. οὐ μόνον τούτων ἕνεκα αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ πατὴρ ὢν κοινὸς πνευματικὸς, ὅσην ἑκάστῳ τῶν ποιμαινομένων, τοσαύτην ὀφείλεις τὴν κηδεμονίαν καὶ ἐμοὶ, μᾶλλον δὲ πολλαπλασίω ἢ σύμπασι σχεδὸν, ὅσῳ καὶ τῆς εἰς ἐμὲ ἡκούσης ὠφελείας ἢ βλάβης πάντες ἀπολαύσουσι τὸ μέρος. τοῦτο δέ ἐστιν, ὅ σου δέομαι, ἵν' ἐπειδήπερ αὐτὸς ἀναγκαίως ἔχω πρὸς τὰς D ἔξωθεν στρατείας ἀσχολεῖσθαι, (οὔτε γὰρ ἔμοιγε εὐπρεπὲς,

3. οὐ add. M. 9. *κινδυνεύοντος* et *μέλλοντος* P.

enim solum te infimi ordinis hominem imperatoris clericorum collegio allegi et cura multa non tantum domi meae, sed iam e domesticis imperatoris unum dignatus sum, verum etiam, quamquam id necessitas nulla exigeret, primus tui mentionem feci et auctor imperatori fui, ut te in thronum patriarchicum extolleret. Quin etiam cum ab episcopis concorditer repellerere, diligentissime elaboravi, ut tibi praeclaram hanc et pro qua iure certetur, cathedram darent. Postremo cum in eius amittendae periculum devenisses, solus ego difficultatem omnem sustuli. Haec in praesens percensui, non quod beneficia exprobrare velim (non enim soleo, ne si longe plura quidem et maiora essent) sed ut ostenderem, aequum videri, ut a quo plura iam pridem amicitiae et singularis cuiusdam amoris argumenta habes idque gratuito, ei nunc tali tempore memorem te et re ipsa meritis compensandis gratum exhibeas. Adde, cum sis pater spiritualis omnium, quantam unicuique ovium tuarum, tantum et mihi, imo vero multo maiorem, quam ferme omnibus solicitudinem debes; quod omnes commodorum meorum incommodorumve participes futuri sunt. Quod autem te oro,

A.C. 1341 οὐθ' ὑμῖν συμφέρον, ἐνταῦθα καθήμενον περιορᾷν τοὺς πολεμίους τοὺς ἀγροὺς πορθεῖν τοὺς ἡμετέρους καὶ τὰς πόλεις πολιορκεῖν καὶ ἐξανδραποδίζεσθαι τοὺς ἐντυχάνοντας,) μηδεμίαν δοῦναι χώραν τοῖς συκοφάνταις καὶ λυμεῶσι καὶ κοινοῖς ἐχθροῖς, τὸν ἀεὶ χρόνον ἐνταῦθα συνεσόμενον τῇ βασιλίδι, ὥστε δυνηθῆναι συσκευάσαι κατ' ἐμοῦ διαβολὰς καὶ πεῖσαι προσέχειν αὐτοῖς, ὡς ὀρθῶς καὶ λυσιτελῶς βουλευομένοις, ἐμὲ δὲ πολέμιον νομίζειν καὶ ἐπιβουλεύοντα αὐτῇ πρὸς τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ P. 370 τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ δικαίων ἀντεχόμενον διαλύειν αὐτοῖς τὰς μηχανὰς καὶ ἀπράκτους καθιστᾷν τὰς πανουργίας καὶ τοὺς δόλους, οὐδὲν ἕτερον πείθοντα τὴν βασιλίδα, ἢ μὴ καταψηφίζεσθαι ἀπόντος, ἀλλὰ κληθέντα πρὸς τὴν δίκην καὶ καιροῦ τυχόντα πρὸς ἀπολογίαν, ἢ διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα, ἂν δύνωμαι, ἢ διδόναι δίκας τῆς ἀδικίας, ἂν ἁλίσκωμαι ἐπιορκῶν. τῆς τοιαύτης δὲ σπουδῆς ἕνεκα καὶ προθυμίας οὐ παρὰ θεοῦ μόνου λήψεσθαι τὰς ἀμοιβὰς, ὡς ὑπὲρ εἰρήνης καὶ σωτηρίας τῆς κοινῆς καὶ αὐτοῦ ἐσπουδακότα τοῦ δικαίου, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν αὐτῷ πολλὴν εἰδήσειν χάριν καὶ πάντας τοὺς ἐν λόγῳ ἐπαινέσεσθαι, ὅτι τὰ προστάτου ποιεῖ καὶ κηδεμόνος τῶν B ψυχῶν, ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδεικνύμενος, ὡς ἔστι μαθητὴς τοῦ εἰρηνοποιοῦ καὶ εἰς δύναμιν αὐτῷ ἐξομοιοῦται, τόγε εἰς αὐτὸν ἧκον, πᾶσαν πρόφασιν πολέμου ἐμφυλίου διαλύων. τοιαῦτα καὶ πρὸς πατριάρχην διειλεγμένου τοῦ μεγάλου δομε-

3. προστυγχάνοντας P.

hoc est: ut simul ac debuero foris bellum gerere (nec enim vel mihi honorificum vel vobis utile, hic sedentem ab hostibus agros nostros vastari, civitates obsideri, obvios in servitutem abduci permittere,) nihil loci des sycophantis, hominibus perditis et rei publicae inimicis, qui hic cum Augusta versaberis semper, ut contra me calumnias comminisci et illam ad obtrectatores ut bene consulentes audiendos, ac me pro hoste et insidiatore suo propter imperium habendum inducere possis; sed ius meum tueare, illorum machinas dissipes, calliditatem ac dolos infirmes et hoc solum eidem persuadeas, ne absentem damnet, sed in iudicium vocet: ut tempus ad defensionem nactus, aut obiecta refellam, si potero, aut si peierasse deprehendar, poenam subeam. Pro hac impigra diligentia tua non modo a Deo, velut pacis et salutis communis et iuris mei cupidus, praemium accipies, sed me quoque quam gratissimum experiere et omnes honorati te laudabunt, quia quae praepositum curatoremque animarum decent, feceris; factoque ipso te pacificatoris discipulum demonstraris, quem pro viribus imitere, dum, quantum in te est, omnem belli civilis materiam tollis. His dictis a magno domestico, patriarcha memorata se beneficia accepisse et omnibus aliis maiora se et accepisse et debere con-

στίκου, τάς τε εἰρημένας εὐεργεσίας, ἣν αὐτῷ ἐκεῖνος συνομολογῶν, καὶ πάντων τῶν ἄλλων μείζω καὶ εὐηργετῆσθαι καὶ ὀφείλειν, καὶ θαῤῥεῖν περὶ τοῦ μέλλοντος, ὑποθέμενος, ὡς οὐδὲν αὐτῷ τῶν δυσχερῶν, τόγε εἰς αὐτὸν ἧκον, ἀπαντήσει, ἀλλὰ σπουδῇ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ, εἴ τι συμβαίη τοιοῦτον, χρήσεται περὶ αὐτοῦ καὶ οὐδὲν ἧττον, ἢ ὑπὲρ αὐτὸς αὐτοῦ παρὼν, τῶν αὐτῷ γινομένων ἀνθέξεται δικαίων. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ πατριάρχης προθύμως τὰ τοιαῦτα ἐπηγγείλατο, οὐκοῦν, ἔφασκεν ὁ μέγας δομέστικος, οὐδὲν λοιπὸν, ἢ τὰς ὑποσχέσεις ταύτας τρόπῳ, ᾧ ἂν ἐπίσταιτο αὐτὸς, βεβαίας αὐτῷ ποιεῖν καὶ ἀναμφιβόλους, ὥστε μηδὲν ἔτι ἐνδοιάζειν ἔχειν, ἀλλὰ πεπεῖσθαι ἀκριβῶς, ὡς οὐδὲν ἧττον, ἢ εἰ παρῆν αὐτὸς, οὐδεμία τοῖς συκοφάνταις ἔσται δύναμις πρὸς τὰς διαβολάς. ὁ δ' εὐθὺς τῆς καθέδρας ἐξαναστὰς, „εὐλογητὸς" εἶπεν „ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ὢν εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι οὔτε νῦν, οὐθ' ὕστερον ψεύσομαί σε, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ σοῦ πᾶσαν ποιήσομαι δικαίου καὶ φροντίδα καὶ σπουδὴν καὶ οὐδὲν, τόγε εἰς ἐμὲ ἧκον, περιόψομαι, μὴ πάντα καὶ διανοεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι καὶ πράττειν, ὥστε μηδεμίαν βλάβην ἐκ συκοφαντίας καὶ διαβολῆς σοι προσενεχθῆναι." ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἐπειπὼν καὶ πρὸς τῇ κεφαλῇ τοῦ μεγάλου δομεστίκου εὐχήν τινα τῶν ἱερῶν διεξελθὼν καὶ πολλὴν αὐτῷ εἰρήνην καὶ εὔκλειαν καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ἐπευξάμενος ἑσμὸν, ἐπεὶ καὶ ἡ ἡμέρα ἤδη περὶ δείλην ἦν, ὁ πατριάρχης μὲν ἐπ' οἴκου ἀνεχώρει, ὁ μέγας δὲ

A. C. 1341

C

D

3. ὑποτιθέμενος P. 7. γιγνομένων P. 17. καὶ prius om. M.

fitebatur: monebatque ne futuri esset anxius; quod ad se attineret, nihil ei molestiarum enasciturum, et si quid aliunde contingeret, perstudiose amoliturum eiusque causam ita defensurum, ut si ipsemet praesens adesset, melius non posset. Ubi haec patriarcha prompta voluntate promisit, magnus domesticus nihil reliquum esse dixit, quam eadem promissa modo, quo sciret ipse, firma et minime dubia efficere, ut nihil ambigeret, sed prorsus crederet, non secus ac si ipse adesset criminatoribus nullam criminandi potestatem fore. Ille confestim e cathedra exsurgens, benedictus Deus, inquit, et pater Domini nostri Iesu Christi, qui est in saecula; ego neque nunc, neque in posterum te fallam: sed in tua causa omnem conatum adhibebo nihilque quod officii mei sit, praetermittam, quo minus omnia cogitem, dicam, faciam, ut per sycophantias et calumnias nullum detrimentum capias. Secundum haec hymnum trisagion addidit et super caput eius sacra precatione recitata, multamque illi pacem et gloriam et aliorum bonorum cumulum appre-

A.C. 1341 δομέστικος ἥπτετο προθύμως τῶν πραγμάτων, βεβαίας ἤδη περὶ τῶν μελλόντων ἔχων τὰς ἐλπίδας καὶ οὐδὲν δεινὸν ὑπονοῶν.

P. 371 V. 301 ζ. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἐκέλευε τοὺς Ἀλεξάνδρου πρεσβευτὰς εἰς τὰ βασίλεια ἐλθόντας, περὶ ὧν ἥκουσιν ἀπαγγέλλειν. οἱ δὲ ἧκον, καὶ τοὺς ὅρκους ἔχοντες, οὓς βασιλεὺς πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ἐποιεῖτο, ᾐτοῦντό τε αὐτοῖς τὸν B Σίσμανον ἐγχειρίζειν πολέμιον ὄντα τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ, ἢ τοὺς ὅρκους ἀπολαμβάνειν, ὡς οὐκέτι τῆς εἰρήνης ἐσομένης. μηδὲ γὰρ ἂν εἶναι δίκαιον, μηδὲ ἀνεκτὸν αὐτοῖς, αὐτοὺς μὲν ἀσφαλεῖς εἶναι καὶ βεβαίους φίλους καὶ συμμάχους Ῥωμαίοις, ἐκείνους δὲ παρασπονδεῖν, τοὺς αὐτοῖς πολεμιωτάτους ὑποδεχομένους. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις τοιαῦτα εἶπον, ὄγκου καὶ φρονήματος πεπληρωμένοι καὶ οὐδὲ ἀντειπεῖν οἰόμενοι Ῥωμαίους, ἀλλ' αὐτίκα ἐγχειρίσειν Σίσμανον, δείσαντας τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτούς. ἡ βασιλὶς δὲ ἐκέλευεν αὐτοῖς τὸν μέγαν δομέστικον χρηματίζειν καὶ περὶ ὧν αἰτοῦσιν ἀποκρί- C νεσθαι. ὁ δὲ πρῶτα μὲν ἐμέμφετο αὐτοῖς, ὡς οὐκ ἐφ' οἷς προσῆκε τὴν ἄφιξιν πεποιημένοις. ἔδει γὰρ βασιλέα τὸν ὑμῶν, φίλον ὄντα καὶ πατέρα κηδεστοῦ τῷ τετελευτηκότι βασιλεῖ Ῥωμαίων, μὴ τοῖς ἐκείνου παισὶ πόλεμον ἐπάγειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι τὰς σπονδὰς ἐπ' αἰτίαις οὐ δικαίαις. ἀλλ' εἴ τινα καὶ πρότερον εἶχε πρὸς ἐκεῖνον πρόφασιν διαφορᾶς, ταύτην καταλύειν νῦν καὶ βεβαιότερον ἢ πρότερον φυλάτ-

catus, quoniam advesperascebat, ipse domum concessit. Magnus domesticus iam spe futurorum nixus et nihil quidquam sinistrum opinione praecipiens, ad imperii gubernationem accessit.

7. Postridie Alexandri regis legatos in palatium accitos, quid venirent interrogavit. Qui iuramentum, quod imperator Alexandro pacis ergo dederat, exhibentes, petere aiunt, aut Sismanum sibi regis sui hostem tradi, aut iuramentum, ut pace iam irrita, recipi. Neque enim fore iustum aut tolerabile, ipsos quidem certos et constantes amicos ac socios Romanorum esse, illos autem eorum hostes infensissimos recipiendo, foedus violare. Haec legati, fastu et arrogantia pleni; nihil contradicturos Romanos, sed extemplo Sismanum belli metu reddituros opinati. Imperatrix magnum domesticum cum iis agere et ad petitionem respondere iussit. Qui primum vitio dedit, quod non iure venissent. Non enim oportebat, inquit, regem vestrum, defuncti imperatoris Romani amicum atque generum, eius liberis bellum inferre et cum causa iniusta conari foedus rumpere. Quin si antea quippiam cum eo litis et controversiae habuisset, eam nunc missam facere et foedus inviolabilius custodire, eumque liberis eius, amicorum praesidiis modo potissi-

τειν τὰς συνθήκας καὶ βασιλέως τοῖς παισὶ συμμαχεῖν ἐπὶ A.C. 1341
τοὺς πολεμίους, ἄν τινες ὦσι, νυνὶ μάλιστα τῆς παρὰ τῶν φίλων ἐπικουρίας δεομένοις. ὃ δ' ἔοικε ταὐτὸν τοῖς πολλοῖς παθεῖν, οἳ ζῶντας μὲν θεραπεύουσι τοὺς δυνατούς, οὐ μᾶλλον ἐκείνων, ἢ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς ἐκείνων δυνάμεως ὄντες φίλοι· ἐπειδὰν δὲ ἀποίχωνται, τῶν αἰτίων ὡσπερεὶ διαλυθέντων τῆς φιλίας, ῥᾶστα πρὸς ἔχθραν ἐξάγονται τῶν πρό- D
τερον δοκούντων εἶναι φίλων, διὰ τὴν ἀδυναμίαν αὐτοὺς περιορῶντες. ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀξίωσιν αὐτῶν οὕτω τὴν ἀπολογίαν ἐποιεῖτο, ὡς οὐ πάτριον τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσι, τοὺς αὐτοῖς προσφυγόντας τοῖς πολεμίοις προδιδόναι. ἀπὸ γὰρ τῶν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου χρόνων ἄχρι νῦν τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσι, μείζοσι καὶ περιφανεστέροις τῶν παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι βασιλεῦσιν ἢ δυνάσταις οὖσι, πολλοὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἀρχόντων ἀτυχήσαντες καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένοι γεγόνασιν ἱκέται, οἱ μὲν τὴν οἰκείαν αὐτοῖς δεόμενοι ἀρχὴν ἐπανασώζειν, οἱ δὲ καὶ ἄλλως προνοίας καὶ κηδε- P. 372
μονίας τυχεῖν τινος. καὶ πᾶσιν ἤρκεσαν πρὸς τὰς συμφοράς, ὥσπερ κοινοὶ σωτῆρες καὶ προστάται τῶν δυσκόλῳ τύχῃ χρησαμένων ὄντες, καὶ τοῖς μὲν αὐτῶν ἀπέδοσαν τὰς ἀρχάς, χειρὶ πολλῇ καταγαγόντες, ἐνίους δὲ εὐεργετήσαντες μεγάλα καὶ τῆς οἰκείας ποιήσαντες ἐκλαθέσθαι τῇ ὑπερβολῇ τῶν δωρεῶν, ἔπεισαν αὐτοῖς συνεῖναι διὰ βίου, τὴν παρὰ βασιλεῖ δουλείαν πολὺ βελτίω νομίσαντας καὶ θαυμασιωτέραν τῆς ἀρχῆς τῶν

mum indigentibus, contra eorum hostes, si qui fuerint, societatem instituere debuisse. Verum illi idem, quod multis, usu venire, qui potentiores, vivos quidem, officiis demerentur, non tam ipsorum amici, quam temporis et opulentiae: ubi autem mortem obierunt, veluti cum morte solutis amicitiae legibus, eos iam ut impotentes contemnunt facillimeque oderunt, quos prius diligere videbantur. Deinde ad petitionem hoc responsum attulit. Non est hic patrius mos Romanis, ad se confugientes eorum hostibus dedere. A Constantino enim Magno Romanis imperatoribus singularum gentium reges ac dominos magnitudine ac nobilitate imperii antecellentibus, complures eorum, adversa fortuna usi et principatu eiecti, supplices facti sunt: alii rogantes, suum sibi principatum recuperari: alii aliter sui curam providentiamque flagitantes. Qui tamquam communes calamitosorum salvatores ac patroni ab omnibus aerumnam depulerunt. Nam hos in imperia sua cum valida manu reduxerunt: illos beneficiis ac donis magnificentissimis cohonestarunt: quibus, cum eis suarum provinciarum memoriam excussissent, ut secum de cetero vitam viverent, auctores fuerunt: Imperatori subesse, multo melius et illustrius ducentibus, quam apud suam gentem rerum habenas

A.C. 1341 ὁμοφύλων. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν Σίσμανος ἱκέτης B γέγονε τῆς Ῥωμαίων βασιλείας, οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν δεόμε- V. 302 νος καταγαγεῖν, ἀλλὰ προνοίας τινὸς τυχεῖν, κακοπραγῶν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβεβλημένος. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ ὑμέτερος βασιλεὺς, ὡς ἔοικε, διὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν τὰ Ῥωμαίων πράγματα παντάπασι νομίζων διεφθάρθαι καὶ μηδένα τὸν προστησόμενον κεκτῆσθαι, ἐκεῖνον ἀπέστειλεν αἰτῶν μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας καὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν, μηδὲν πολυπραγμονοῦντας ἀξιῶν. τὸ δ' ἐναντίως ἔχει ἢ ᾠήθητε αὐτοί. βασιλεύς τε γὰρ ἔτι περιὼν, ἡμῖν χρώμενος τοὺς ἀδικεῖν ἐθέλοντας ἐτιμωρεῖτο, καὶ νῦν ἐξ ἀνθρώπων ἐκείνου γεγενημένου, ἡμεῖς ἀμυνούμεθα ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, ἄν τις ἐπίῃ, ὑπὸ βασιλέα τὸν ἐκείνου παῖδα τεταγμένοι, καὶ τήν τε χώραν ἡμῶν φυ- C λάξομεν ἀπαθῆ κακῶν, καὶ ὑπὲρ φιλοτιμίας τῆς ἀνέκαθεν Ῥωμαίοις προσηκούσης πολεμήσομεν ὑμῖν προθύμως. οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτό γε, οὐδὲ εὐκαταφρόνητον ἡμῖν εἰς ἀδοξίας λόγον, τὸ τὸν φυγάδα παρ' ἡμῖν γεγενημένον, ἢ ὑμῶν ἢ ἑτέρων κελευόντων, ἐπὶ θανάτῳ προδιδόναι. ἂν μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ τῆς ἀτοπίας τῶν τοιούτων ζητημάτων ἀποστάντες, εἰρήνην ἄγειν καὶ ταῖς σπονδαῖς ἐμμένειν καὶ τοῖς ὅρκοις, οὓς πρὸς βασιλέα ἔθεσθε, ἐθέλητε, πειρασόμεθα καὶ ἡμεῖς τῶν καθεστώτων μηδὲν κινεῖν. ἂν δ' ἄρχητε αὐτοὶ πρότεροι πολέμου, D τὸν θεὸν καὶ ἡμεῖς μάρτυρα τῆς ἀδικίας προστησάμενοι, ὃν

moderari. Similiter nunc Sismanus Romanorum maiestatem supplex invocavit, non ille quidem, ut in suum regnum restituatur: sed ut e regno profligatus, in hac misera fortuna sua nostra cura procurationeque recreetur. Alexander autem rex vester propter obitum imperatoris de Romanorum rebus actum existimans et neminem adeptos, qui eas regere possit, legatos multa cum libertate Sismanum postulatum misit; censens, nos quae ille velit citra detrectationem exsequi oportere. At enim longe fallimini. Nam et imperator adhuc spiritum ducens, nostra opera iniuriosos puniebat: et nunc eo e mortalibus sublato, nos filio eius imperatori subiecti, nosmet, si quis invaserit, ulciscemur: et cum regionem nostram a vastitudine direptioneque tuebimur; tum gloriae studio, quod Romani a maioribus quasi hereditatem quandam accepimus, cupide vobiscum signa conferemus. Haud enim leve hoc sane nec parum nobis probrosum, supplicem nostrum vobis aut aliis petentibus interficiendum tradere. Quamobrem si istis stulte requirendis supersedentes, pacem colere et foedus cum demortuo imperatore sancitum conservare volueritis, nec nos quidquam constitutorum volentes movebimus. Sin vos prius ad bellum proruperitis, Deum sceleris vestri testem adhibentes, quem vos ista perfidia laeditis, docebimus

αὐτοὶ ἐπιορκεῖτε διαλύοντες τὰς σπονδὰς, διδάξομεν ὑμᾶς A.C. 1341
μηδὲν πέρα τοῦ προσήκοντος φρονεῖν. καὶ ἢ Σίσμανον τριήρεσι διὰ τοῦ Ἴστρου καταστήσαντες ἐπὶ Βιδήνην καὶ πόλεμον ἐμφύλιον ἀνάψαντες ὑμῖν, (ἴστε γὰρ δήπου καὶ αὐτοὶ, ὡς πολλοὶ Μυσῶν προσχωρήσουσιν ἐκείνῳ διὰ τὴν ἀρχαίαν φιλίαν καὶ τὴν οἰκειότητα τοῦ γένους,) ἢ παντάπασιν Ἀλέξανδρον ἐκβαλοῦμεν τῆς ἀρχῆς, ἢ τά γε δεύτερα, οὐ μέτριά τινα ζημιώσομεν αὐτὸν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο δοκοίη, ὡς ἐλάττονος ἢ προσῆκε τῆς ἐπικουρίας γινομένης, ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸς ἅμα στρατιᾷ Ῥωμαίων ἔχων καὶ Σίσμανον, ὑμῖν ἐπιστρατεύσω καὶ μαχοῦμαι προθυμότατα ὑμῖν, οὐ μόνον παρασπονδούμενος P. 373
αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ἀδικουμένῳ βοηθῶν, καὶ προσέτι γε στασιάζουσι πρὸς ἑαυτοὺς καὶ τοῖς μὲν Ἀλεξάνδρῳ προσκειμένοις, τοῖς δὲ ἥδιον ἂν ἀπαλλαξομένοις καὶ πρὸς Σίσμανον ἀποχωρήσουσιν, ὅπερ οὐκ οἴομαι ὑμῖν λυσιτελήσειν. ἐγὼ δὲ καὶ τρόπον ἕτερον πολέμου, ἐξ οὗ τήν τε ὑμετέραν κακοῦν ἡμῖν καὶ τὴν οἰκείαν ἐξέσται διασώζειν, οὐκ ἀποκρύψω, ἵνα μὴ τινων ἀνηκέστων πρὸς τὸν πόλεμον συμβάντων, οὐχ ἡμᾶς αἰτίους, ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς εἰδείητε αὐτοῖς. τῶν γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν Σατραπῶν ὁ δυνατώτατος, ὃν οὐδ' αὐτοὶ ἀγνοεῖτε παρειληφότες ἀκοῇ, Ἀμοὺρ ὁ τοῦ Αἰτίνη, τὴν βασιλέως πεπυσμένος τελευτὴν καὶ νομίσας καὶ αὐτὸς ῥᾷστα ληΐσεσθαι B
Ῥωμαίους διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν ἀμυνούμενον ὑπὲρ αὐτῶν, πεντήκοντα καὶ διακοσίας πληρώσας ναῦς, πᾶσαν ἐποι-

vos non ultra quam decet sapere: et vel Sismano triremibus trans Istrum Bidenen deportato, bellum civile inter vos suscitabimus (non enim nescitis, Moesos magnam partem ob amicitiae vetustatem cognationemque generis ad eum defecturos) et Alexandrum regno penitus exturbabimus aut certe non exiguis eum cladibus afficiemus: vel si hoc non probabitur, quia infirmius erit quam pro rei conditione auxilium, equidem ego ipse cum Romano exercitu mecum Sismanum habens, in vos profectus, acerrime vobiscum depraeliabor: non solum ut a foedifragis ipse offensus, sed et inique violato opem ferens: vobiscum, inquam, qui factionibus dissidentes, alii Alexandro adhaerebitis, alii libentius ab eo discedentes, cum Sismano vos coniungetis; quod e re vestra futurum non existimo. Ego vero et aliam belli viam, qua regionem vestram infestam habere, nostram tutam praestare licebit, non vos celabo: ut atrocissime multati, vosmetipsos ea mala vobis intrivisse agnoscatis. Etenim Amurius Aitinae filius, satraparum Asiae opulentissimus, quem et vos de fama cognovistis, cum de morte imperatoris accepisset, ratus se Romanorum terras facillime depraedaturum, quod iam propugnatore carerent, impletis ducentis quinquaginta navibus

magnum domesticum complecti, propensius ei favere et familiarius adhibere visus est: quae res matri moerorem cumulavit. Sycophantas itaque ad hunc modum removit Imperator domesticoque omnibus, super quibus mater ad se venerat indicatis, purpuram saltem propter vulgi opinionem suadebat assumere, ne veram esse suspicionem ostenderet ipsumque multis molestiis levaret. Domesticus tam amicae et candidae erga se voluntati gratiis actis, habitum suum cum imperatorio propter obtrectatorum voculas praesertim commutare non vult: re ipsa, esse calumniatores, palam ostendens et poenas de eorum improbitate sumens. Se quoque, priusquam veniret imperatrix, quam ob causam ventura esset, cognovisse. Quidam enim eidem a secretis, magnum domesticum de aditu eius et de causa deque inventoribus et architectis huius doli praemonuerant: consiliumque dederant, ut accessu praeoccupato, illam cum imperatore committeret, fictisque sermonibus eum exterreret, quo illa nihil eorum, quae statuerat, perficere posset. Verum hosce consiliarios iratus dimisit, ut qui sub amicorum persona hostilem tegerent animum; non enim talia se decere, sed prorsus contraria, ut si quod esset imperatori cum matre dissidium, ad reconciliandam gratiam

οὐ γὰρ αὐτῷ προσήκειν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τοὐναντίον πᾶν, A. C. 1341
εἴ τις πρὸς μητέρα βασιλεῖ συνέβαινε διαφορὰ, πάντα ποι-
εῖν καὶ πραγματεύεσθαι, ἐξ ὧν ἂν διαλλάττειν ἦν. τοῦτο
γὰρ γνώρισμα φιλίας ἀληθοῦς, ἃ δὲ ἐκεῖνοι συμβουλεύουσιν,
ἐχθροτάτου καὶ τοὺς τρόπους διεφθαρμένου καὶ τοῦ μηδενὸς
ἀξίου. αὐτὸς δὲ οὐ τὴν βασιλέως θεραπεύων δύναμιν, τὸν C
φιλοῦντα ὑποκρίνεσθαι, ἀλλ' ἐκ πρώτης ἡλικίας ἄχρι νῦν,
θεῷ δὲ θαῤῥεῖν, ὡς καὶ μέχρι παντὸς, ἀληθὴς καὶ βέβαιος
εἶναι φίλος βασιλεῖ προῃρημένος. ἡ μὲν οὖν κατὰ τοῦ με-
γάλου δομεστίκου ἐνέδρα τοῦτον τὸν τρόπον διελύθη.

ιε΄. Οἱ συνεσκευακότες δὲ ὁρῶντες ἤδη ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν D
δεινὸν ἐκ τῆς ἐπιβουλῆς γεγενημένον, αὐτῶν δὲ τὴν μοχθη-
ρίαν ἐγνωσμένην, καὶ δείσαντες, μή τι διὰ ταῦτα πείσωνται
δεινὸν, οἵ τε ἄλλοι τρόποις δή τισιν ἑτέροις ἐπειρῶντο τὸν
μέγαν δομέστικον καταλλάττειν ἑαυτοῖς, καίτοι πρὸς ἄμυναν
ὡρμημένον οὐδαμῶς· καὶ ὁ παρακοιμώμενος τήν τε πρὶν
ἀδοξίαν ἐννοῶν καὶ τὴν νῦν εἰς ἣν ἐληλάκει εὐδοξίαν δι' ἐκεί-
νου, καὶ ὡς αὐτὸς οὐδὲν εὔγνωμον, οὐδ' ἐπιεικὲς διενοήθη,
ἀλλ' ἤδη καθαρῶς τῶν δυσμενεστάτων ἐξελήλεγκται ὧν καὶ
δείσας, μὴ εἰς τὴν προτέραν τύχην ὑπ' ἐκείνου ὠργισμένου P. 396
καταστῇ, ἐσκέψατο, μὴ μεσίταις χρήσασθαι πρὸς ἐκεῖνον
καὶ διαλλακταῖς, ὡς ὀλίγα ἢ οὐδὲν δυνησομένοις, ἀλλ' αὐτὸς
δι' ἑαυτοῦ παραιτεῖσθαι, ἀντίῤῥοπον τῆς πανουργίας ἐπιδει-
ξάμενος τὴν μεταβολήν. καὶ γράμμασι τὰς πρὸς ἐκεῖνον ἐξ-

2. ποιεῖν M., πονεῖν P. 12. δεινὸν om. M.

faceret moliretur que omnia: quod sit veri amoris indicium. Quod autem illi suaderent, hominis esse inimicissimi moribusque perditissimi et nullius frugis. Se non potentiam imperatoris reverentem amicum fingere: sed a prima aetate usque in hanc diem verum constantemque amicum esse deliberasse divinoque beneficio semper fore. Insidiae igitur contra domesticum sic profligatae sunt.

15. Repertores doli, videntes nihil ei artibus suis evenisse mali suamque improbitatem patefactam, et formidantes, ne quid praeterea dirius paterentur, cum alii modis aliis apud magnum domesticum se in gratiam restituere laborabant (quamquam de talione et vindicta ne tantillum solicitum) tum praefectus sacri cubiculi et pristinam vilitatem et praesentem claritatem suam, ad quam per illum esset evectus, secum reputans, et se nihil aequum ac probum in eum cogitasse, sed iam malevolentissimum deprehensum; timensque, ne ab eo infenso ad priorem conditionem redigeretur, non uti interpretibus aut reconciliatoribus, qui parum aut nihil effecturi essent, sed per se ipsum veniam impetrare constituit, ex improbo se iam bonae frugi factum demonstrando videlicet. Itaque

A.C. 1341 ἀρχῆς εὐθὺς εὐεργεσίας τοῦ μεγάλου δομεστίκου, εἶτα καὶ τὰ τότε ἐκθέμενος συνεσκευασμένα κατ' αὐτοῦ, καὶ κατήγορος γινόμενος ἑαυτοῦ καὶ τὰς ἐσχάτας ὁμολογῶν ὀφείλειν δίκας, ἔπειτα ἐδεῖτο τυχεῖν συγγνώμης, εἰ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν γοῦν ἐπαγγελλόμενος ἄξιος φανεῖσθαι τῆς εὐεργεσίας, καὶ τὸν πάντα χρόνον διατηρήσειν ἑαυτὸν οὐκ εὐγνώμονα μόνον καὶ τῶν εὐεργεσιῶν τῶν εἰς ἐκεῖνον μεμνημένον, ἀλλὰ καὶ B πάσῃ προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ τὰ προστεταγμένα ποιοῦντα ὑπ' ἐκείνου, καὶ σαφῆ καὶ καθαρὰν ἐπιδεικνύμενον τὴν εὐπείθειαν ἐν πᾶσι. πίστεις δὲ παρείχετο ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ἀσφαλεῖς, οὐχ ἑτέρους μόνον φρικώδεις ὅρκους καὶ ἀκοῦσαι φοβερούς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ νῦν ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἱερουργούμενον ἁγιώτατον τοῦ σωτῆρος Ἰησοῦ σῶμα καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη τοῦ ἀπαθοῦς καὶ V. 321 τὴν τριήμερον ταφὴν καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἃ ἱκέτευεν αἰδεσθέντα, ὡς ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν πολλὰ ἐξυβρικότων ἀνθρώπων C τῷ σωτῆρι εἰργασμένα, συγγνώμην καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ παρασχέσθαι καὶ μὴ τῆς ἀγνωμοσύνης δίκας ἀπαιτεῖν. ἔπειτα καιρὸν φυλάξας, ἐν ᾧ τῆς μυστικῆς ἱερουργίας τελουμένης ἐν τοῦ μεγάλου δομεστίκου τῇ οἰκίᾳ καὶ αὐτὸς παρῆν, μάλιστα κατὰ τὴν τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ τοῦ σωτῆρος λόγου τοῦ σώματος προέλευσιν ἐγγὺς γενόμενος, παρείχετο τὸ βιβλίον, εἰπὼν καὶ διὰ γλώττης, ὡς τῶν ἐγγεγραμμένων μάρτυρας παρέχοιτο αὐτό τε τὸ φρικτῶς ἱερουργούμενον σῶμα

2. τότε M., νῦν P. 17. εἰργασμένων P.

litteris ab initio statim eius in se officia, suas vicissim in eum machinas recenset, et semet accusans ultimisque dignum suppliciis non inficians, ut ignoscatur, orat: promittens vel nunc curaturum sese, ne hoc beneficio veniae indignus fuisse videatur: et in perpetuum non modo virum bonum acceptorumque beneficiorum memorem futurum, sed etiam eius auctoritati studiosissime obsecuturum et indubitatam integramque in omnibus obedientiam praestiturum. Ad corroboranda autem, quae dicebat, non alia modo terribilia et auditu tremenda iuramenta afferebat, sed ipsum quoque, quod hodie pro communi hominum salute sacrificatur, sanctissimum Servatoris Iesu corpus, et quae pro nobis passus est is, in quem non cadit perpessio, et triduanam sepulturam et in vitam reditum, quae ut a Salvatore pro hominibus in eum contumeliosissimis facta et tolerata revereretur, sibique condonato sceleris sui supplicio veniam impertiret, supplicabat. Deinde hora captata, qua mysticum sacrificium in aedibus magni domestici perageretur, venit ipse quoque et in ipso potissimum articulo, cum divini ac vivifici et salutiferi verbi corpus adest, accedens, libellum porrigit, addens lingua, se ibidem scriptorum testes appellare ipsum, quod

τοῦ Χριστοῦ καὶ τούς τε ἀφανῶς προηγουμένους καὶ παρε- A.C. 1341
πομένους ἀγγέλους καὶ τοὺς αἰσθητῶς καὶ φανερῶς ἡμῖν
πρὸς τὴν διακονίαν αὐτοῖς συναιρομένους ἱερέας τουτουσί.
τοῦ μεγάλου δὲ δομεστίκου τὰ γράμματα ἔχοντος ἐν ταῖν
χεροῖν καὶ τὴν τῆς ἱερουργίας περιμένοντος τελευτὴν, ἵνα
ἀναγνῷ, πάλιν ὁ παρακοιμώμενος γενόμενος ἐγγὺς, ἐδεῖτο τὸ D
νῦν ἔχον ἀναγνῶναι, ἵνα μὴ ἐκ τῶν ὅρκων μόνον, ἀλλὰ καὶ
ἀπ' αὐτοῦ τοῦ χρόνου φοβερώτερα καὶ πιστότερα τὰ γεγραμ-
μένα ᾖ. ἐπεὶ δὲ πειθόμενος ἀνέγνω, τότε μὲν ἐφθέγξατο
οὐδὲν, ὕστερον δὲ μετὰ τὴν τελετὴν μόνον τὸν παρακοιμώ-
μενον παραλαβὼν, „τὴν μὲν ἐξαρχῆς" ἔφη „κακοπραγίαν, ᾗ
προσπαλαίων εἰς τοῦτο τύχης καὶ περιφανείας ἤχθης ὑπ' ἐμοῦ,
πάντες μὲν συνειδοῖεν ἂν ἐμοὶ Ῥωμαῖοι· σὺ δ' ἂν εἴης πάν-
των μᾶλλον ἀξιόχρεως πιστεύεσθαι τἀληθῆ καὶ δίκαια περὶ
σεαυτοῦ συμμαρτυρῶν ἐμοί. τῶν μὲν οὖν ὑπηργμένων παρά P. 397
τε τῶν ἄλλων ἀρκοῦσαν ἔχω τὴν ἀπόδειξιν καὶ μάλιστα σοῦ.
ὧν δὲ διενοούμην περὶ σοῦ μειζόνων καὶ θαυμασιωτέρων
ἀγαθῶν αὐτός τε σύνοιδα ἐμαυτῷ καὶ ᾧ τὰ τῆς ψυχῆς
ἑκάστου κινήματα καὶ διανοήματα φανερὰ, θεός. αὐτὸς δὲ
μήθ' ὑπὲρ ὧν πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ πέπονθας καλῶς μηδενὸς
μνησθεὶς, μήθ' ὡς τοσαῦτα εὐεργετηθεὶς, οὐδὲ ἅπαξ πέπον-
θας κακῶς, ἀλλὰ δίκην σειρᾶς τινος ἀδιάλυτος ἡ τῶν εὐερ-
γετημάτων ἀκολουθία μέχρι νῦν παρ' ἐμοῦ διετηρήθη, ἑτέ-

18. τῆς om. P.

cum tremore sacrificaretur corpus Christi, et qui inaspectabiles praecederent sequerenturque angelos, et qui a nobis videntur in ministerio eos adiuvantes sacerdotes istos. Magno vero domestico libellum in manibus tenente sacrorumque finem exspectante, ut legeret, rogabat: quo nimirum non ex iuramentis tantum, verum etiam ex ipsa conditione temporis venerabiliora et credibiliora fierent, quae scripta inerant. Victus precibus legit ac tunc quidem tacuit. Post sacrificium solum deducens, Quam dura et aspera sors tua a principio fuerit, inquit, cum qua colluctans, meis auspiciis et opera in tam excelsum fortunae gradum conscendisti, nemo est Romanorum, qui non iuxta mecum noverit, et tu utpote verum ac iustum mihi ferens testimonium, testis esse potes omnium fide dignissimus. Quae igitur in te ultro contuli, ea et ab aliis et abs te maxime confirmata sunt: quibus vero te afficere cogitabam bonis maioribus et insignioribus, eorum et ipse mihi sum testis et cui animi uniuscuiusque motiones atque sensa manifesta sunt, Deus. Tu tamen tam multis obstrictus, nec unius es recordatus: et tot benefactis a me cumulatus, nec semel offensus, cum ego velut catenam quandam merita meritis huc usque semper addiderim, tu aliis

A.C. 1341 ροις ὑπὸ βασκανίας μηδὲν ἀδικοῦντι πολεμοῦσιν ἐμοὶ προσνείμας ἑαυτὸν, τόγε εἰς ὑμᾶς ἧκον τὰ ἔσχατα διέθεσθε B κακά. τί οὖν πρὸς ταῦτα κἀμὲ καὶ διανοεῖσθαι καὶ ποιεῖν ἐχρῆν, ἢ πειρᾶσθαι βλάπτειν, ἂν ἄρα τι δύνωμαι καὶ αὐτός; εἰ δ' ἐπὶ ταῦτα ἐτραπόμην, τί λοιπὸν ἦν, ἢ σὲ τὴν προτέραν θρηνεῖν εὐδαιμονίαν, ἄτιμον ἐξαίφνης καὶ ἄπορον περιόντα ἐκ μεγάλα δυναμένου; τοῦτο μὲν οὖν ἐμοί τε τῶν πάνυ ῥαδίων ἦν καὶ αὐτὸς ἂν δικάσαις σεαυτῷ ὡς τοιούτων ἦσθα καὶ πλειόνων ἄξιος τῆς πανουργίας ἀπολαύειν. ἐγὼ δ' ἐμαυτῷ πολλῆς παρὰ θεοῦ τῆς συγγνώμης δεομένῳ συνειδὼς, οὔτε ἀριθμῷ τοσαῦτα, οὔτε τηλικαῦτα καθ' ἡμέραν ἁμαρτάνοντι τὸ μέγεθος, ἀλλὰ πολλῷ δεινότερα καὶ πλείω, ἄλλως τε C καὶ τοῖς ὅρκοις τοῖς σοῖς πιστεύσας, συγγνώμην παρέχομαι καὶ ἀμνηστίαν τῆς ἐπιβουλῆς. σοὶ δὲ μελήσει τοῖς ὕστερον ἀγαθοῖς τὰ πρότερον εἰργασμένα ἀπαλείφειν." τότε μὲν οὖν ὁ παρακοιμώμενος αὖθις λόγοις τε πλείοσι καὶ ὅρκοις τὰ γεγραμμένα ἐπιβεβαιώσας, τῆς παρὰ μεγάλου δομεστίκου πάλιν ἀπέλαυε ῥοπῆς καὶ πολλοὺς παρευδοκίμει καὶ τῶν γένει περιδόξων. χρόνῳ δὲ ὕστερον, ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ἱστόρηται ἡμῖν, τοῦ κατὰ Περσῶν στόλου ὑπὸ βασιλέως ἔτι περιόντος ἀποδειχθέντος στρατηγοῦ, πολλὰ τοῦ μεγάλου περὶ τούτου δομεστίκου δεηθέντος βασιλέως, ὥστε τὴν στρατηγίαν ταύτην ἐγχειρίσαι, μὴ προσήκουσαν ἐκείνῳ τὴν περὶ τὰ τοι-

4. ἡμᾶς P. 6. περιϊόντα P. 15. πρότερα P. οὖν om. P.

prae invidentia me immerentem oppugnantibus socium te adiungere voluisti, qui quantum in vobis fuit, mala extrema designastis. Quid ergo ad haec et cogitare et facere me vicissim par fuit? Non conari, si possem, contra tibi nocere? Huc si me dedissem, quid sequebatur, nisi ut tu perditam lugeres felicitatem tuam, infamis repente et ex opulento inops? Istuc mihi perfacile erat, et te ipsomet iudice haec et plura praemia pro vafritie tua meruisti. At ego cum mihimet conscius sim, quam multa a Deo venia opus habeam, cum quotidie et numero plura et gravitate maiora peccem, et insuper sacramento tuo credens, tibi ignoscam insidiarumque tuarum obliviscar. Tu enitere, ut posterioribus recte factis priora malefacta oblitteres. Tum igitur cubiculi praefectus denuo pluribus verbis et iuramentis, quae scripserat, confirmatis, in magni domestici gratiam se restituit et multos genere illustres celebritate nominis anteivit. Tempore procedente, ut supra memoravimus, cum eum imperator adhuc superans, classis contra Persas ductorem legisset, idque magni domestici magnis precibus dedisset, quod alioqui huic muneri minime idoneum sentiret, curandae rei publicae praepositi erant Spanopulus a memoria et Ioannes Melitenensis,

αὐτὰ οἰομένου διατριβὴν, πρὸς μὲν τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ με- A.C. 1341
σάζειν τοῖς δημοσίοις ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων Σπανόπουλος V. 322
καὶ ὁ Μελιτηνιώτης Ἰωάννης ἦσαν τεταγμένοι, χρημάτων D
δὲ ταμίαι τῶν κοινῶν ὅ,τε Πεπαγωμένος Γεώργιος καὶ Νι-
κόλαος ὁ Μελιτηνιώτης. ἐπεὶ δὲ περί τε τὰ βασιλικὰ γράμ-
ματα καὶ περὶ τὰ χρήματα, ὥσπερ ἔφημεν, ἐπιβούλως διανο-
ηθείη, βασιλεὺς μὲν μισήσας τὴν πονηρίαν, μικρὰ τῆς στρα-
τηγίας ἀπολαύσαντα παρέλυσεν εὐθέως τῆς ἀρχῆς, καὶ διή-
γαγεν ἐπὶ καιρὸν μηδὲν ἐγκεχειρισμένος τῶν κοινῶν. ἐπεὶ
δὲ ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς, πολλὰ τοῦ μεγάλου δεηθεὶς δο-
μεστίκου, καίτοι καὶ οἴκοθεν ὡρμημένου ποιεῖν αὐτὸν εὖ,
τὴν μὲν τοῦ μεσάζειν ὑπηρεσίαν ἐνεχειρίσθη, τὴν δὲ τῶν
βασιλικῶν χρημάτων φυλακὴν οὐκέτι, καίτοι γε ἔμελλε μικρὸν
ὕστερον καὶ ταύτην, ὡς ὁ μέγας ὕστερον δομέστικος διεβεβαι-
οῦτο. ὁ δὲ τὴν μὲν τῶν ἀρχῶν ἰδὼν εὐθέως καὶ μετὰ ῥα- P. 398
στώνης αὐτῷ προσγενομένην ἅμα τῷ αἰτῆσαι, τὴν ἑτέραν δὲ
οὐκέτι, οὐ τῶν παρεσχημένων ἕνεκα ἐπῄει μᾶλλον χάριτας
ὁμολογεῖν, ἢ ἀμύνεσθαι, ὧν ἀδίκως ᾤετο ἀποστερεῖσθαι.
νομίσας δὲ καὶ βασιλίδα μὲν ἐπιτετραφέναι τῷ μεγάλῳ δομε-
στίκῳ ἀμφοτέρας ἐκείνῳ ἐγχειρίζειν τὰς ἀρχὰς, τὸν δὲ χα-
ριζόμενον τοῖς τὴν ἑτέραν ἔχουσιν ἀποστερεῖν ἐκεῖνον, ἔγνω
δεῖν προσκρούειν φανερῶς καὶ βασιλίδι προσελθὼν, παρόν-
τος ἐκείνου καὶ διαλεγομένου, „ἐγὼ νομίζω," εἶπεν „οὐ μόνον
τὴν ἐμοὶ παρεσχημένην νῦν ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ πάσας, ὅσας
ἄρχουσι Ῥωμαῖοι, οὐ παρὰ μεγάλου δομεστίκου, παρὰ σοῦ B

quaestores Georgius Pepagomenus et Nicolaus Melitenensis. Verum ubi et in litteris imperatoriis et in pecuniis, ut docuimus, fraude usus est, improbitatem detestatus imperator, honorem ei, quo parum diu gavisus erat, abrogavit vixitque ad tempus nulla functione publica. Extincto imperatore, magnum domesticum, quamquam per se cupientem illi benefacere, precatus, officium administratoris, at non fisci praefecturam, obtinuit: tametsi, ut magnus domesticus aiebat, paulo post et hanc obtinuisset. At ille cum cerneret e praefecturis hanc statim ac facile, simul ut petisset, contigisse, alteram non amplius: cum propter accepta gratias agere debuisset, ipsi ob ea, quibus se iniuste privatum ducebat, ultionem parabat. Ratus vero imperatricem magno domestico utriusque praefecturae in ipsum conferendae potestatem dedisse, eumque quo alteram habentibus gratificaretur, illam sibi detrahere, in eius odium offensionemque aperte incurrere statuit: et ad imperatricem ingrediens, eo praesente et cum illa colloquente, Opinor, inquit, non solum nunc mihi commissam praefecturam, sed omnes, quas Romani habent,

A.C. 1341 δὲ χορηγεῖσθαι πᾶσι. διὸ καὶ οἴομαι προσήκειν σοὶ τὰς τῆς εὐεργεσίας χάριτας εἰδέναι. εἰ δὴ ταῦτα οὕτως, ὥσπερ οἴομαι, ἔστιν ἀληθῆ, ἀνθ' ὅτου, παρὰ σοῦ προστεταγμένον ἀμφοτέρας ἔχειν τὰς ἀρχὰς, ὧν καὶ περιόντος ἦρχον βασιλέως, τὴν ἑτέραν παρέσχετο αὐτὸς, τῆς μιᾶς ἀποστερήσας, δέομαί σου καὶ τὴν ἑτέραν αὐτῷ προστάξαι ἀποδοῦναι, μᾶλλον δὲ, καὶ αὐτοῦ παρόντος, παρὰ σοῦ ἐγχειρισθῆναι, ἵνα σοι καὶ μᾶλλον προσηκούσας τὰς εὐχαριστίας τῆς εὐεργεσίας ἀποδῶ." ὁ μέγας μὲν οὖν δομέστικος ἐφθέγξατο οὐδέν. ἡ βασιλὶς δ' αὐτοῦ πολλὴν καταγνοῦσα τὴν ἀχαριστίαν, „πάνυ θαυμάζειν"
C εἶπεν „ἐπέρχεταί μοι, τὴν αἰτίαν, ἐξ ἧς εἰς τούτους προήχθης τοὺς λόγους, οὐ συνορώσῃ. εἰ μὲν γὰρ οἰόμενος, μὴ τὴν ὁμοίαν δύναμιν τὸν μέγαν δομέστικον, ἥνπερ καὶ πρότερον, κεκτῆσθαι, ἢ ἐμέ τι διαφέρεσθαι πρὸς αὐτὸν, δεῖν ἔγνως αὐθαδῶς αὐτῷ προσφέρεσθαι καὶ θρασέως, ἴσθι πάνυ τοῦ προσήκοντος ἁμαρτών. εἰ δ' οὐδὲν ἀποβεβληκότα καὶ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς εὐνοίας τῆς εἰς ἐμὲ εἰδὼς, ἔπειτα εἰς τοῦτο προήχθης ἀτοπίας, οὐκ ἀσυνεσίας, ἀλλὰ παραπληξίας φαίην ἂν ἔγωγε τοὺς λόγους τουτουσί. ἐγὼ δέ σε περιόντος μὲν ᾔδειν βασιλέως τήν τε τοῦ μεσάζειν ἐγκεχειρισμένον καὶ τοῦ βασιλικοῦ ταμιείου
D τὴν ἀρχήν· πλὴν καὶ τότε, εἴποι τις ἂν, οὐχ ἑκόντος βασιλέως, ἀλλὰ διὰ τὸ βούλεσθαι τοῦτον παραχωροῦντος. διὸ καὶ πολλὰ πολλάκις ὠνειδίζετο παρ' ἐκείνου, κατὰ σοῦ

praefecturas, non a magno domestico, sed abs te committi ac dari omnibus. Quare etiam decere arbitror, tibi de beneficio gratias agere. Quod si ita est, ut mihi videtur, quid ita, cum abs te iussum sit ambas obtinere me praefecturas, quas vivo imperatore obtinuerim, unam hic mihi dedit, alteram eripuit? Quare te oro, ut alteram quoque reddi iubeas: vel potius ipso praesente tu in me conferas, ut tibi potius, quas debeo, gratias agam. Silebat ad haec magnus domesticus; imperatrix autem Apocauchum vehementer ingratum iudicans, Magna me capit admiratio, inquit, non intelligentem, undenam ad huiusmodi voces impellare. Si enim magnum domesticum non eadem, qua prius, potestate valere et me ab ipso discrepare existimans, arroganter et confidenter in eum irruendum decrevisti, scito te tota via aberrasse. Sin neque de potentia, neque de benevolentia illius erga me quidquam imminutum sciens, nihilo minus huc insolentiae processisti, non ego iam hunc sermonem tuum impudentiae, sed amentiae adscripserim. Non me fallebat, superstite imperatore, administratoris munus simulque fisci praefecturam tibi commissam; verumtamen etiam tum dicere licebat, non imperatorem voluisse, sed volente hoc permisisse, quod ei postea multum ac saepe in te stomachans exprobrabat, quasi rem

ἐκφερομένου πρὸς ὀργὴν, ὡς οὐ λυσιτελοῦντα πράττων σὲ A.C. 1341 μειζόνων ἢ προσῆκεν ἀξιῶν. ἐπεὶ δὲ ναύαρχος αἱρεθεὶς αὖθις ἐξεβλήθης τῆς ἀρχῆς, οὔτε βασιλέως ζῶντος, οὔτε μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ὑπ' ἐμοῦ πρὸς ἀρχήν τινα προήχθης. νῦν δ' οὗτος οἴκοθεν πρότερον ὁρμηθεὶς, ἣν ἔφης, ἐνεχείρισεν ἀρχὴν, ἔπειθ' ὕστερον ἀπαγγείλας, ἔπεισε κἀμὲ στέργειν τὰ ἐψηφισμένα. διὸ προσῆκε τῆς εὐεργεσίας χάριτας ὁμολογεῖν καὶ μὴ θρασέως ἀπαυθαδίζεσθαι." οὕτω μὲν οὖν ἡ βασιλὶς πρὸς τὸν παρακοιμώμενον ἐφθέγξατο.

ις'. Ὁ μέγας δὲ δομέστικος τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ αὐτὸς P. 399 οὐκ ἐνεγκὼν, „ἔδει μὲν" εἶπε „τὸν τοσοῦτον χρόνον διδάσκαλόν V. 323 σοι τῶν ὑπηργμένων ἀγαθῶν γενέσθαι παρ' ἐμοῦ. ἐπεὶ δ' ἑκοντὶ κακὸς ἐθέλων εἶναι, δέον πολλὰς χάριτας ὁμολογεῖν, σὺ B δὲ τἀναντία προείλου λέγειν, ἤδη σου κἀγὼ τὴν ἀρχὴν, ἣν παρεσχόμην, ἀφαιρῶ, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης μηδενός σοι μελέτω τῶν κοινῶν." ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπεν. Ἀπόκαυχος δὲ τῆς βασιλίδος ἐπυνθάνετο, εἰ καὶ αὐτῇ τοιαῦτα συνδοκοίη. τῆς δὲ τὰ εἰρημένα στέργειν εἰπούσης, ὁ μέγας δομέστικος αὖθις πᾶσαν ἀπαγορεύσας ἀρχὴν ἐκείνῳ, ἀνέστη καὶ διοικήσεως ἑτέρων εἴχετο πραγμάτων. ὅσοι δὲ παρῆσαν ἐν βασιλείοις, τὴν παρακοιμωμένου γνόντες πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἀντιλογίαν, καὶ ὡς ὑπ' ἐκείνου πρὸς ὀργὴν πάσης ἀρχῆς ἀπελαθείη, πολλὴν μὲν ἐκείνου καὶ ἀγνωμοσύνην καὶ C

13. σὺ δὲ M., οὐδὲ P. 20. ἑτέρων om. M.

egisset inutilem, cum te maioribus, quam pro humeris tuis, dignum censuisset. Postquam autem classi es praefectus et ea dignitate rursum exutus, nec vivo, nec mortuo imperatore, a me ad ullum magistratum provectus es. Nunc hic suopte nutu, quam dicebas, praefecturam tibi mandavit. Deinde cum id mihi renuntiasset, ut ratum haberem, quod egerat, adduxit. Decebat igitur gratum esse adversus bene meritum, nec cum tanta confidentia tam arroganter se gerere. Haec Augusta ad praefectum cubiculi.

16. Magnus domesticus nec ipse tam improbum hominem diutius sustinens, vocem in haec ve ba solvit. Oportebat quidem longinquitatem temporis, quo beneficiis meis usus es, magistram tibi gratitudinis fieri. Sed quia sponte ac libens malus es, et cum gratias ingentes agere oporteret, tu convicia dicere maluisti, iam ego te hoc ipso, quo ornaveram, honore mulcto et ab hoc die nullius tibi publicae rei cura esto. Sic domesticus. Apocauchus imperatricem percunctari, num his assentiatur; qua respondente, etiam, assentior: magnus domesticus, omni rursum ei magistratu interdicto, surrexit et rem publicam perrexit gerere. Tum quotquot in palatio versabantur, cognita Apocauchi in magnum domesticum

A.C. 1341 παράνοιαν κατέγνωσαν. ἐξιόντι δὲ τῶν βασιλείων, καίτοι πρότερον εἰωθότες ἕπεσθαι πολλοὶ καὶ θεραπεύειν διὰ τὴν ἀρχὴν, τότε προσελθεῖν οὐδεὶς ἐτόλμησεν, ἀλλ' ἑνὸς ἐξῄει τῶν οἰκετῶν αὐτῷ παρεπομένου, Σπαλοκότου προσαγορευομένου. Ἀπόκαυκος μὲν οὖν ἐκ τοιούτων αἰτιῶν τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ φανερῶς προσκεκρουκὼς καὶ πρὸς ὀργὴν ἀπελαθεὶς, ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις οἴκοι καθῆστο, εἴτε ἀληθῶς ὑπ' ἀθυμίας, εἴτε ὑποκρινάμενος νοσεῖν. εἶτ' αὖθις πολλοῖς τῶν μεγάλου δομεστίκου φίλων ἱκέτης γεγονὼς καὶ μάλιστα πατριάρχῃ, ἔπεισε δι' αὐτῶν ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν, πολλὰ καὶ δι' ἑαυτοῦ ἐπαγγειλάμενος καὶ ὅρκοις μεγάλοις πείσας, ὡς οὐκέτι τοῖς ὁμοίοις ἐπιχειρήσει. καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ τῶν κατὰ Περσῶν παρασκευα- D ζομένων τριηρέων παρέσχε τὴν ἀρχήν. ὧν ὀλίγῳ ὕστερον ἀμνημονήσας, Ἰωάννῃ τῷ νέῳ, ὥσπερ ἔφημεν, ἐπεβούλευσε βασιλεῖ. ὧν ἡ βασιλὶς ἀνεμίμνησκε τὸν μέγαν δομέστικον τότε, ὡς ἐν πολλοῖς ἀχαρίστου τοῦ παρακοιμωμένου πρὸς αὐτὸν ἀναφανέντος· δι' ἃ οὐδὲ παρέχειν ἐπείθετο συγγνώμην, ἀλλ' ἐᾷν ἐν Ἐπιβάταις ἐγκεκλεισμένον, ὡς οὐδ' αὖθις ἠρεμήσοντα, ἂν ἐξῇ περιιέναι, ἀλλά τισιν ἐπιχειρήσοντα καινοτέροις. ὁ δὲ πολλοῖς ὑπὲρ ἐκείνου χρησάμενος πρὸς βασιλίδα λόγοις, ἔπεισε τελευταῖον, τὴν μὲν συγγνώμην παρασχεῖν, μηδαμῶς δὲ ἐᾷν ἐν Βυζαντίῳ διατρί- P. 400 βειν, ἀλλ' ἐξ Ἐπιβατῶν ἐλθόντα καὶ προσκυνήσαντα αὐτὴν, ἔπειτα

13. τριηρῶν P.

impudentia, et quomodo ab illo succensente omni magistratu exclusus esset, pro improbo ac deliro habebant. Cumque antehac palatio exeuntem frequenter comitari et propter magistratum observare solerent, tunc egredientem nemo deducere ac prosequi ausus est, sed uno dumtaxat famulo, Spalocota nomine, prosequente exivit. Ergo Apocauchus cum his de causis magnum domesticum palam offendisset et ad iram compulisset, multis diebus domi sedebat et sive ex moerore ac desperatione vere, sive ex simulatione falso, male habebat. Postmodum rursum compluribus magni domestici amicis supplex factus et in primis patriarchae, per eos illum placavit, promissisque ingentibus ac sacramentis, de cetero nihil simile attentaturum, fidem fecit. Non diu post etiam quae contra Persas parabatur, classi ducem eum constituit. Sed horum brevi oblitus, Ioanni adolescenti imperatori, ut diximus, insidias tetendit. Quorum ipsa Augusta tunc magnum domesticum admonuit; ut nempe Apocauchus ingratus in illum toties apparuerit, ob quae neque veniam dandam, sed in Epibatis inclusum relinquendum: non enim quieturum, sed si copia fuerit, novi aliquid denuo moliturum. At enim ille longa oratione eam permovit, ut ei culpam condonaret, nullo tamen modo sineret Byzantii vivere, sed Epibatis egressum et ipsam adoratione veneratum, postridie eodem reverti iuberet.

εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐπανήκειν πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο A.C. 1341
τοιαῦτα, καὶ ἀμνηστίας τῶν κακῶν ἐγίνοντο ὅρκοι πρὸς ἐκεῖ-
νον ἰδίᾳ παρά τε βασιλίδος καὶ μεγάλου δομεστίκου καὶ πα-
τριάρχου. τοὺς μὲν Φωκᾶς τε καὶ Δεξιὸς καὶ τρίτος Ἄμπαρ
παρά τε βασιλίδος καὶ πατριάρχου ἧκον ἄγοντες ἐν Ἐπιβά-
ταις, τοὺς μεγάλου δομεστίκου δὲ Δημήτριος ὁ Κασανδρη-
νός. οὓς ὁ παρακοιμώμενος ἰδὼν, τῶν τε λόγων, οὓς ἐποιή-
σαντο, ἀκούσας, πρὸς ἐκεῖνον ἔφασκεν, οὔθ' ὅρκοις, οὔτε V. 324
λόγοις πείσεσθαί τισιν, ἀλλ' αὐτῷ μελήσειν, ὅπως ἂν ἄριστα
διάθηται τὰ κατ' αὐτόν. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἐπανῆκον ἄπρα- B
κτοι. ὁ μέγας δὲ δομέστικος, ἐπεὶ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἠπεί-
γετο Βυζαντίου ἐξελθεῖν, τὸν πατριάρχην αὖθις μόνον παρα-
λαβὼν, τῶν τε προτέρων αὖθις ἀνεμίμνησκε λόγων καὶ τῶν
ὅρκων τῶν γεγενημένων πρὸς αὐτόν. ἐδεῖτό τε τοιοῦτον φα-
νῆναι καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων, ὥσπερ λόγοις ἐπηγγείλατο προθύ-
μως, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ὑπὸ συκοφαντῶν διαβληθέντα.
πατριάρχου δὲ τοῖς ὁμοίοις αὖθις καὶ λόγοις καὶ ἐπαγγελίαις
χρησαμένου καὶ θαῤῥεῖν εἰπόντος, ὡς οὐδὲν ἧττον, ἢ εἰ πα-
ρὴν αὐτὸς, τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίων ἀνθεξομένου, ἀλλήλους
προσαγορεύσαντες, διελύθησαν. ὁ μέγας δὲ δομέστικος καὶ
πᾶσι τοῖς ἄλλοις, μάλιστα δὲ τοῖς πρὸς πατριάρχην ὀλίγῳ
πρότερον ὑπὲρ τοῦ ἔφιππον αὐτὸν εἰς τὰ βασίλεια εἰσιέναι C
διενεχθεῖσι, πολλὰ περὶ εὐταξίας καὶ τῆς εἰς βασιλίδα εὐπει-

9. *πείσασθαί* P. 12. *καὶ* ante *αὖθις* add. P.

Ut haec sententia stetit, seorsum quisque, imperatrix, magnus domesticus et patriarcha amnestiam illi iuraverunt: et nomine quidem imperatricis ac patriarchae Phocas, Dexius, Ampar, magni autem domestici, Demetrius Casandrinus, Epibatas venerunt, ut eum adducerent. Quibus visis et eorum verbis auditis, Apocauchus neque iuramentis, neque ullis verbis fidem se adiuncturum, sed ut res suae quam optime se habeant, sibi curae futurum affirmavit. Ita illi frustra reverterunt. Magnus autem domesticus, quoniam Byzantio exire necessitas urgebat, patriarcham rursus solum aggrediens, priorumque sermonum et iurisiurandi commonefaciens, orabat, ut qualem verbis prompte promisisset, talem se reipsa praestaret et ne sycophantarum calumniis obiici ipsum pateretur. Cum patriarcha iterum iisdem verbis et promissis uteretur, iuberetque sibi fidere: se enim aeque ac si ipse praesens ageret, causam eius absentis acturum defensurumque, dicto vale digressi sunt. Postea magnus domesticus et apud alios omnes et apud eos praecipue, qui antea cum patriarcha altercati erant, utrum equo insidens domesticus palatium introiret, multa de ordine et tranquillitate deque obedientia erga imperatricem servanda locutus et postremo comminatus, haud

A.C. 1341 θείας διαλεχθεὶς καὶ τελευταῖον ἀπειλήσας, ὡς οὐκ ἀτιμώρητον ἀφήσει, εἴ τις ἐπιχειροίη νεωτέροις, ἐξῆλθε Βυζαντίου, ὀγδόῃ φθίνοντος Σεπτεμβρίου. πρὶν δὲ Βυζαντίου ἐξελθεῖν γενόμενος ἐν βασιλείοις αὖθις, ὡς συνταξόμενος τῇ βασιλίδι, τὴν θυγατέρα κελευούσης βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἰωάννῃ τὸν μέγαν δομέστικον κατεγγυᾷν, ἀνεβάλλετο εἰς τὴν ἐπάνοδον ἐκεῖνος τὴν ἐκ τῆς ἑσπέρας, τὸ δοκεῖν μὲν, ὡς τῶν πραγμάτων ἐπειγόντων καὶ οὐκ ἐώντων περὶ τοιαῦτα διατρίβειν, τῇ δ' ἀλη-
D θείᾳ, τῶν παρὰ τῶν φίλων μεμνημένος λόγων, οἳ μηδὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ μήτ' ἀγαθῶν, μήτε φαύλων πράττειν τὸ δοκεῖν πρὶν ἂν αὐτοῖς συγγένηται μόνον πέμψαντες ἐκώλυον. οἷς φυλάττων τὴν φιλίαν καὶ μηδὲν πρὶν ἐπιψηφίσασθαι τοὺς φίλους πράττειν βεβουλευμένος, ἀνεβάλλετο τῆς θυγατρὸς περὶ τῶν γάμων τότε τὰς συμβάσεις. ὁδοῦ δὲ πάρεργον ἐν Ἐπιβάταις γενομένῳ καὶ ἡ παρακοιμωμένου πρὸς βασιλίδα διάλυσις ἐπράττετο αὐτῷ. ἐπεὶ γὰρ τοῦ φρουρίου ἐγένετο ἐγγὺς, ὁ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν, ἠσπάζετό τε αὐτὸν καὶ περὶ τῶν ὅρκων ἀπελογεῖτο τῆς ἀποστροφῆς, ὡς οὐ διὰ κακίαν αὐτῷ πραχθείη, ἀλλ' ἵν' ἔργοις αὐτοῖς γένοιτο καταφανὲς, ὡς οὐ δέοιτο ὅρκων παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ λόγοις αὐτοῦ
P.401 ψιλοῖς μᾶλλον θαῤῥοίη, ἢ ἑτέρων ἐγγράφοις ὅρκοις. διὸ καὶ νῦν ἰδὼν, προθυμότατα ἐγκεχειρικέναι ἑαυτὸν, οὔθ' ὅρκων, οὔτε τινὸς ἑτέρου δεηθείς. εὐχαριστήσας δὲ ὁ μέγας δομέστικος ἐπὶ τούτοις αὐτῷ καὶ ἱκανῶς προσομιλήσας, αὐτὸν

14. τὸν γάμον M. 17. αὐτὸς P.

impune laturum, si quis res novas auderet, Byzantio ante diem quartum Kalendas Octobres discessit. Sed antequam itineri se daret, palatium ad imperatrici valedicendum petivit, quae cum eum exhortaretur, ut filiam suam Ioanni adolescenti imperatori desponderet, ille in reditum sponsalia distulit: specie quidem, ut bello magnopere compellente, re autem vera, amicorum memor, qui misso certo homine, ne quid seu bonum, seu non bonum videretur, ipsis absentibus faceret, interdixerant. Custodito igitur iure amicitiae, nihil ipsis invitis agere fixum habens, conventa et stipulationes super filiae connubio differebat. In transitu autem Epibatis inter ipsum Apocauchum et Augustam rem omnem composuit. Nam cum prope castellum esset, Apocauchus salutatum foras exiit et de iuramentis reiectis se purgavit. Non id vitio suo factum, sed ut re declararet, se eius iuramentum non requirere, cuius nudis verbis plus quam reliquorum scriptis iuramentis tribueret; idcirco et nunc, eo viso, sese illi, nec iuramentum, nec aliud ab illo desiderantem, tradere promptissime. Ob haec gratiis actis et diutius cum ipso collocutus, eum domi, ut postridie ad se venturum, reliquit; ipse

μὲν οἴκοι κατελίμπανεν, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἥξοντα πρὸς A.C. 1341
αὐτόν. ἐκεῖνος δὲ εἰς Σηλυβρίαν ἦλθεν. ἐς τὴν ὑστεραίαν
δὲ ἐπεὶ καὶ ὁ παρακοιμώμενος ἧκε, πέμψας πρὸς Βυζάντιον,
ὡς τῇ βασιλίδι προσκυνήσαντα αὖθις ἐπανήκειν πρὸς αὐτὸν,
αὐτὸς εἰς Διδυμότειχον ἐλθὼν, πρὸς τὴν εἰς τὴν ἑσπέραν
παρεσκευάζετο στρατείαν. ὁ παρακοιμώμενος δὲ γενόμενος
ἐν Βυζαντίῳ, πρῶτα μὲν προσεκύνει βασιλίδα καὶ συγγνώ-
μης ἠξιοῦτο, ἐφ' οἷς ἐδόκει προσκεκρουκέναι. ἔπειτα τῇ μεγά- B
λου δομεστίκου προσελθὼν μητρὶ, ἐν Βυζαντίῳ τότε παρα-
μυθίας ἕνεκα τῆς βασιλίδος οὔσῃ, πρῶτα μὲν πολλὰς ὡμο-
λόγει χάριτας τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, οὐ μόνων τῶν εὐεργε-
σιῶν, ὧν ἐξαρχῆς ἄχρι τότε παρέσχετο πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ
καὶ τῆς μεγαλοψυχίας καὶ συμπαθείας, ἣν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ
καὶ πολλάκις καὶ τὰ τελευταῖα νῦν ἐξ ἀνοίας προσκεκρουκό-
τος ἐνδείξαιτο πρὸς αὐτόν. ἔπειτα ἐπηγγέλλετο, ὡς οὐδὲν
ἔσται τὸ πεῖσον ἢ βιασόμενον ἀχάριστον καὶ κακὸν ὀφθῆναι
περὶ ἐκεῖνον, ἀλλ' οὕτω πεπεικέναι ἑαυτὸν, ὡς οὐκ αὐτὸν V. 325
μόνον, ἀλλὰ καὶ γένος ὅλον εὔνουν ἐκείνῳ καὶ πιστὸν εἶναι C
διὰ πάντων καὶ τὴν δουλείαν ἀκριβῆ τηρῆσον οἷα δὴ δεσπότῃ.
πίστεως δὲ καὶ τῶν λεγομένων ἕνεκα νυνὶ ἕτοιμος εἶναι ὅρκους
παρασχέσθαι, τοὺς μάλιστα δοκοῦντας βεβαιοτάτους καὶ φρι-
κώδεις εἶναι. ἡ δ' ἔφασκεν αὐτῷ „τὸ μὲν τὰς εὐεργεσίας κα-
ταλέγειν, αἳ παρὰ μεγάλου δομεστίκου ἐξαρχῆς ἄχρι νῦν γε-
γένηνται σοὶ, προσθήσω δ' ὅτι καὶ τὰς ἐξ ἀχαρίστου γνώμης

11. τῷ add. M. 12. νῦν pro τότε P. 19. τηρήσειν M. mg.
22. τὰ pro τὸ P.

vero Selybriam venit. Postridie postquam et praefectus cubiculi eodem venit, misso illo Byzantium, ut imperatrice adorata, Epibatas rediret, ipse Didymotichum profectus, ad expeditionem in occidentem se instruebat. Apocauchus iam Byzantii imperatricem veneratus, veniam peccatis suis flagitat. Deinde matrem magni domestici, quae tunc consolandae imperatricis Byzantii manebat, conveniens, primum quidem eius filio magnas agebat gratias, non modo de beneficiis ab initio usque ad illum diem ab eo perceptis, verumetiam de tolerantia et commiseratione, quam saepius et ad extremum tam stolide se offendenti ostendisset; addebatque nunquam omnino se ingratum atque improbum erga illum repertum iri, sed ita induxisse animum, ut non ipse tantum, verum tota posteritas sua eum benevolentia et fide prosequatur in omnibus et tamquam domino perfecte obediat. Id ut credatur, ad iusiurandum firmissimum religiosissimumque paratum esse. Respondit illa, Memorare officia, quae a primis huc usque magnus domesticus apud te posuit: addam et illud, quoties immemor beneficiorum, male

A.C. 1341 παρὰ σοῦ γεγενημένας πρὸς ἐκεῖνον ἀμοιβὰς, καὶ τὴν ἐκείνου
περὶ τὸ συγγνώμην τοῖς εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνουσι παρέχειν φι-
λοτιμίαν, οὐκ ἀναγκαῖον νῦν, σοῦ προτέρου μαρτυροῦντος.
D ὅρκων δὲ οὐ χρεία νῦν, ἀλλ' ἔργων μᾶλλον τοὺς ὅρκους βε-
βαιούντων. οὐ γὰρ τοῖς λόγοις ἡ πίστις, τοῖς ἔργοις δὲ
μᾶλλον ἐπακολουθεῖ. διὸ καὶ σὲ προσῆκον ἔργοις ἐπιδεί-
κνυσθαι τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον, καὶ μὴ λόγοις ἐπι-
δεικνύμενον, τοῖς ἔργοις ὑστερεῖν." ὁ δὲ οὐ λόγοις μόνον,
ἀλλὰ καὶ ἔργοις ἐπαγγειλάμενυς τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν
ποιήσειν πᾶσι φανερὰν, ἐκεῖθεν ἐξελθὼν ἧκεν ὡς πατριάρχην.
P. 402 ιζʹ. Προσαγορεύσας τε αὐτὸν καὶ περί τινων ἑτέρων
προδιαλεχθεὶς, ἔπειτα „τὴν μὲν εἰς ἐμὲ τοῦ μεγάλου δομεστί-
B κου" ἔφασκεν „εὐμένειαν καὶ αὐτὸς ἂν εἰδείης, ἄνωθεν τοῖς
πράγμασι παρηκολουθηκώς. ὀλίγῳ δὲ πρότερον ἐξ ἀβουλίας
αὐτῷ προσκεκρουκὼς, ὀλίγου ἐδέησα διαφθαρῆναι, εἰ μὴ σὺ
δεηθεὶς, οὐ μόνον ἔπεισας ἀφεῖναί μοι τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ
πρόφασιν εὐδοξίας τὴν τοῦ κατὰ Περσῶν στόλου παρασχεῖν
ἀρχήν. ὅθεν οὐ σῶστρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τιμῆς πολλὰς
ὀφείλειν τὰς εὐχαριστίας εἶναι δίκαιος ὁμολογῶ καὶ πάσῃ
σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ τὰ σοὶ λυσιτελοῦντα καὶ βουλεύεσθαι
καὶ πράττειν, ὡς τῶν αὐτῶν καὶ τὴν βλάβην καὶ τὴν ὠφέ-
λειαν ὁμοίαν ἐμοί τε καὶ σοὶ οἰσόντων. εἰ τοίνυν ἐκ πολλῶν

8. τῶν ἔργων P.

illi gratiam retuleris, et illius in se deliquentibus ignoscendi studium: haec, inquam, memorare, cum ea tu antea testeris, nihil attinet; iuramenta autem nunc quidem nulla postulantur, sed facta, quibus iuramentis fides concilietur, quae non verba, sed opera potius sequitur. Quare et te, quam illi cupias, rebus demonstrare consentaneum est; non autem cum id verbo docueris, re defici. Tum ille, non verbis dumtaxat, sed opere quoque suam in eum benevolentiam palam omnibus facturum pollicitus, inde abscedens ad patriarcham venit.

17. Eo salutato, alia quaedam praefatus, Magni quidem domestici benevolum in me animum, inquit, tu quoque haud ignoras, omnia a principio animadversione sic assecutus, ut nihil te fugiat. Pronuper autem cum per dementiam illum offendissem, parum abfui ab exitio, nisi tu orando non solum ad iram deponendam, sed etiam ad praefecturam classis contra Persas, materiam gloriae, mihi committendam inflexisses; unde non modo ut conservatus conservatori suo praemium, sed et pro honore isto gratiarum actiones iure me debere, omnique industria et alacritate, quae tua intersint, cogitare et agere oportere confiteor. Quando quidem eadem mihi, quae tibi et detrimentosa et utilia sunt. Quamobrem cum ego prae multis amorem caritatemque sinceram ac minime fucatam tibi de-

σοι τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν φιλίαν ἄδολον καὶ καθαρὰν ὀφείλω, A.C. 1341 οὔτε δίκαιον ᾠήθην, οὔτ' ἄλλως ἐμοὶ λυσιτελὲς, δεινότατα πεπυσμένῳ C περὶ σοῦ συγκρύπτειν, ὥσπερ ἄν τις ἄλλος, ᾧ βέλτιον ἢ χεῖρον ὀλίγα ἢ οὐδὲν μελήσει διακεῖσθαί σε." ἐρομένου δὲ τοῦ πατριάρχου, ὅ,τι ἂν πύθοιτο περὶ αὐτοῦ, τὸν μέγαν ἔφασκε δομέστικον οὐκ ἀκηκοέναι, ἀλλὰ σαφέστατα εἰδέναι, ὅτι βούλοιτο οὐκ εἰς μακρὰν σὲ καταγαγὼν τοῦ θρόνου, Παλαμᾶν ἐγκαθιδρύειν, φίλον ὄντα τῶν γνησίων καὶ μάλιστα περισπούδαστον αὐτῷ. αὖθις δὲ τοῦ πατριάρχου ἐπανερομένου, ὅθεν ἂν σχοίη τὴν τοῦ πράγματος, ὥσπερ ἰσχυρίζεται, κατάληψιν ἀκριβῆ, τὰς μὲν αἰτίας ὅθεν ἐξεγένετο μαθεῖν, ἐδεῖτο μὴ πολυπραγμονεῖν. οὐ γὰρ ἀποῤῥήτων D δύνασθαι κατατολμᾶν. ἓν δὲ τοῦτο σαφέστατα πεπεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ πάνυ τὴν ψυχὴν ἤλγει, τῶν κατ' ἐκείνου μελετωμένων ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν ἐσχηκὼς, οὐκ ἂν ἀπήγγελλεν ἐλθών. ἔτι δὲ τοῦ πατριάρχου ἀπιστοῦντος καὶ τὴν ἀθρόαν V. 326 τοῦ μεγάλου δομεστίκου μεταβολὴν μὴ παραδεχομένου, ὅρκοις ἐκεῖνος διεβεβαιοῦτο, μηδὲν εἶναι ψευδὲς τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ πάντα ἀληθῆ. παρῄνει τε μὴ μέλλειν, ἀλλὰ τάχιστα βουλεύεσθαι, ἐξ ὧν τὸν κίνδυνον ἐξέσται διαφυγεῖν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος, ὡς καὶ σὺ βέλτιον ἂν εἰδείης, εὔκολος μεταβάλλεσθαι πρὸς τὰ βεβουλευμένα." ἐπὶ τούτοις δὲ ὁ πατριάρχης σφόδρα θορυβηθεὶς καὶ μάλιστα ὑπὸ τῶν ὅρκων πεπεισμένος, P. 403 ὡς οὐδὲν ἂν εἴη πλάσμα τῶν εἰρημένων, ἐδεῖτο βου-

beam, nec iustum, nec alioqui commodum mihi duxi, quae de te tristissima audivi, occulta habere: perinde ut alius quispiam, qui melius an peius tecum ageretur, parum aut nihil laboraret. Interrogante patriarcha, quid esset: ex magno domestico quidem nihil se audivisse ait, certissimo tamen scire, illum velle brevi deiecto patriarcha, Palamam amicum suum germanissimum atque optatissimum in eius throno collocare. Rursum sciscitante patriarcha, undenam rem tam exacte, ut affirmabat, didicisset, rogabat, ne id curiosius exquireret: non enim tam audacem esse, ut arcana et tacenda vulgaret; unum indubitato crederet, nisi, explorate compertis, quae contra illum coquerentur, singularem animi dolorem sentiret, non ei talem nuntium fuisse allaturum. Adhuc incredulo patriarcha, magnumque domesticum tantum mutatum ab illo in aures haud admittente, Apocauchus iuratus instare, nihil se falsum, omnia vera proloqui. Quocirca non cunctandum, sed primo quoque tempore periculi declinandi capiendum consilium. Nam is homo, quod tu melius noveris, inquit, quae semel statuit, non facile retractat. Turbatus maiorem in modum ista narratione patriarcha, et abesse fictionem, iuramento maxime persuasus, quid tantis malis

A. C. 1341 λεύσασθαί οἱ, ὅ,τι δέοι πράττειν πρὸς τοσοῦτον ἐσμὸν κακῶν. ὁ παρακοιμώμενος δ' ἔτι μᾶλλον τὸν πατριάρχην εἴσω δικτύων ἄγειν βουληθεὶς „καὶ τῶν προτέρων μὲν" ἔφασκεν „εὐεργεσιῶν πολλάς τε χάριτας ὀφείλειν ὁμολογῶ καὶ δίκαιος εἶναι οὐ μόνον, ἃ μοι δοκῶ βελτίω καὶ λυσιτελῆ βουλεύεσθαι προθύμως, ἀλλὰ καὶ χρήματα καὶ οἰκέτας καὶ συγγένειαν καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὴν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, προΐεσθαι ἑτοίμως ὑπὲρ σοῦ. ὡς ἂν δὲ μὴ δοκῶ, τῶν κινδύνων B ἔξω καθεστὼς αὐτὸς, σὲ παραινεῖν πολὺν τὸν κίνδυνον ἔχουσι πράγμασιν ἐπιχειρεῖν, καὶ συγγενείας καὶ τῶν φιλτάτων ἐμοὶ ποιῆσαι βούλομαι κοινωνὸν, τῶν θυγατέρων μίαν τῷ σῷ υἱῷ κατεγγυήσας, ἵν' εἰδείης ἀκριβῶς, ὡς οὐ τῶν ἁπλῶς φιλίως πρὸς σὲ διακειμένων εἶναι βούλομαι, ἀλλὰ τῶν σοί τε καλῶς πράττοντι τῆς εὐετηρίας κοινωνούντων καὶ ἀπολλυμένῳ συνδιαφθαρησομένων ὁμοίως." ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἀσμένῳ τῷ πατριάρχῃ εἰρημένα ἦν, καὶ μᾶλλον ἐπείθετο σπουδάζειν τὸν παρακοιμώμενον ὑπὲρ αὐτοῦ. ὀλίγα περὶ τοῦ κήδους διαλεχθέντες, (οὐ γὰρ ἦν τι τὸ διαφωνίαν παρασκευάσον, πάντα ἑτοίμως Ἀποκαύκου ἐπαγγελλομένου,) συμβάσεις τε θέμενοι περὶ τοῦ γάμου καὶ κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος δι' C ἐγκολπίων ἐμπεδώσαντες τὴν πρᾶξιν, τοῦ παρακοιμωμένου δὲ καὶ ὅρκους προσθέντος φρικώδεις ἐπὶ τούτῳ, ἐτράποντο πρὸς τὸ βουλεύεσθαι. συνεβούλευέ τε ὁ παρακοιμώμενος μὴ

4. δίκαιον P. 14. ἀπολλομένῳ P. et M.

obrutus inciperet, orabat uti consuleret. Praefectus cubiculi patriarcham magis in nassam studens inducere, Multum me tibi pro antegressis beneficiis obstrictum fateor, inquit, et aequum esse, me tibi non solum, quae meliora et magis salutaria iudicem, cupide suadere, sed et pecuniam et famulos et cognatos et ipsam, si res postulet, animam tua causa libenter contemnere. At enim ne videar ipse periculo procul, ad res admodum periculosas cohortari, et cognationis et mihi carissimorum te participem ac socium facere volo, una filiarum mearum tuo desponsa filio, ut prorsus intelligas, nolle me de eorum censeri numero, qui te quoquo modo diligunt; sed de iis, qui tua felicitate exultantes, tecum quoque perire non dubitent. Haec ubi patriarcha libens audivit, et Apocauchum sui esse studiosum constantius credidit, pauca de affinitate collocuti (nihil quippe erat, quod dissensionem dare posset, omnia Apocaucho prompte pollicente,) paciscentes nuptias et more Romano pronubis monilibus de collo gestandis acta confirmantes, Apocaucho insuper caput suum horrendis execrationibus devovente, ni sincerus sit, consultare ordiuntur. Consulebat autem Apocauchus, non propriis viribus et palam bellum cum eo gerendum: non solum

ἐκ τῆς οἰκείας δυνάμεως ὁρμωμένους πρὸς τὸν μέγαν δομέ- A.C. 1341 στικον πόλεμον ἄρασθαι προφανῶς. μὴ γὰρ ὅτι γε εἰς ἀντιπάλων μοῖραν οὐκ ἐξαρκέσειν μόνους πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' οὐδ' εἰ πολλοὺς ἑτέρους προσεταιρισαίμεθα τοιούτους. ἡ γὰρ ἐν Ῥωμαίοις ἰσχὺς ἐκείνου οὐχ ἡμῖν γε μόνον φανερὰ, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόῤῥω κατῳκισμένοις βαρβάροις οὐκ ἀγνοεῖται. πολὺν γὰρ ἤδη χρόνον πάντων ὁ δυνατώτατός ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν καὶ πάντες αὐτῷ προσέχουσιν ἀκριβῶς, οἱ μὲν παρ' αὐ- D τοῦ πολλῶν τυχόντες εὐεργεσιῶν καὶ ἔτι πλείω προσδοκῶντες, οἱ δὲ κατεπτηχότες τὴν ἐκείνου δύναμιν. δι' ἃ οὐκ οἴομαι πρὸς ἐκεῖνον ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀντικαθίστασθαι λυσιτελεῖν ἡμῖν. πρὸς γὰρ τῷ μηδὲν ἀνύσαι δυνηθῆναι τῶν βεβουλευμένων, καὶ προσαπολοῦμεν ἑαυτούς. ἀλλά τινα καὶ ἡμᾶς δύναμιν δέον ἐκπορίζειν ἑαυτοῖς ἀντίῤῥοπον πρὸς τὴν ἐκείνου. αὕτη δὲ οὐχ ἑτέρωθέν ποθεν ἂν ἐξευρεθείη, εἰ μὴ τρόπῳ δή τινι βασιλίδα ἐκπολεμώσαιμεν ἐκείνῳ. τούτου δὲ γεγενημένου, ῥᾳδίως ἀντικαταστησόμεθα, πολλῶν ἡμῖν συναιρομένων, ὡς ὑπὲρ τοῦ νέου βασιλέως πολεμοῦσι. τοῦτο δ' ὅπως ἂν συσκευασθείη, μάλιστα μὲν καὶ ἡ σὴ σύνεσις θαυμασία οὖσα ἐξευρήσει· συμβουλεύσω δὲ καὶ αὐτός. μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ πρὸς ἰσχυρὸν ἐχθρὸν ἀντικαθιστάμενοι χρησόμεθα καὶ P. 404 ψεύδει. τῷ γὰρ ἐπιχειροῦντι τὸν πολέμιον καθαιρεῖν, οὐ τοῦτο χρὴ σκοπεῖν, εἰ ψεύδει χρήσαιτο ἢ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ πρὸς ἓν ἀποβλέπειν μόνον, τὸ τοῦ πολεμοῦντος γενέσθαι

4. προσεταιρίσαιντο M. 15. ποθεν om. M.

enim ipsos, sed si tales quoque multi accesserint, impari conditione futuros. Nam eius inter Romanos vires non modo nobis exploratae sunt, inquit, sed etiam a remotissimis barbaris non ignorantur. Perdiu iam nobis potentia antecellit omnibus omnesque eius auctoritati sedulo obsequuntur, alii, quod crebro eius beneficia senserunt et plura exspectant, alii, quod eius opes metuunt. Quare aperto Marte illi pugnare, haud conducturum opinor. Praeterquam enim quod ad nihilum cadent nostra consilia, etiam nos ipsos perditum ibimus. Sed potentiam aliquam illius potentiae respondentem comparemus necesse est: quam non aliunde inveniemus, quam si artificio quodam imperatricem ad arma contra ipsum expedienda incitaverimus. Quo pacto multis nobis, ut pro novo imperatore pugnantibus, opem laturis, facile illi resistemus. Ad hoc autem callide moliendum, etsi imprimis valebit egregia prudentia tua, nihilo minus iudicii mei quid sit, exponam. Ne tamen mirere, si contra hostem potentem mendacio utemur. Nam qui hostem suum evertere instituit, eum haud in magno discrimine ponere oportet, a mendacio an a veritate auxilium petat, sed reliquis

A.C. 1341 κρείττω· τὰ δ' ἄλλα πάντα χαίρειν ἐᾷν. τοιγαροῦν καὶ σὺ
τῇ βασιλίδι προσελθὼν, (ἀξιόχρεως δ' ἔσῃ πρὸς πειθὼ ἔκ τε
τῆς προτέρας, ἧς ἐνεδείξω πρὸς αὐτὴν, εὐνοίας καὶ σπουδῆς
V. 327 μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν, καὶ τοῦ νῦν ὑπὲρ αὐτῆς δοκεῖν
σπουδάζειν,) ἐκείνου κατηγόρησον, ὡς οὐχ ὑποπτευομένου,
ἀλλ' ἤδη φανερῶς τὴν βασιλείαν ἰδίαν ποιουμένου καὶ ὅσον
B οὐδέπω μέλλοντος αὐτὴν καὶ τέκνα ἀποκτείνειν. ἂν δ' ἀπό-
δειξιν τῶν λεγομένων ἀπαιτῇ, μὴ τοιαῦτα πεῖσον πολυπρα-
γμονεῖν. φθάσειν γὰρ τελευτήσασαν πρὶν εἰς τοὺς ἐλέγχους
ἥκειν, εἰ μὴ ἐκείνου διαστᾶσα, ἑαυτὴν διασώζοι καὶ τὰ τέ-
κνα. ἐκ τούτων δὲ ἐκείνην, ὥσπερ οἴομαι, ὑπὸ δέους κατα-
πλαγεῖσαν, τὸν πρὸς ἐκεῖνον ἡμῖν πόλεμον ἐπιτρέψειν. τού-
του δὲ κατορθωθέντος, οὐδὲν ἄλλο λείπεται, ἢ ἐκεῖνον μὲν
ἀπολέσθαι κακὸν κακῶς, σὲ δὲ πρὸς τῷ τὸν ἐπηρτημένον κίν-
δυνον διαφυγεῖν, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα διοικεῖν, πάν-
των μάλιστα ἀξιώτατον ὄντα. διό σου δέομαι πεισθῆναι
συμβουλεύοντι ἐμοὶ καὶ μὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν ἀναδύεσθαι,
ῥᾳδίαν οὖσαν, ὡς ἐγὼ συμβουλεύω, κατασκευασθῆναι. εἰ
δ' ἀποκνήσεις πρὸς τὸν κίνδυνον, ἐγὼ μὲν δυσχερὲς οὐδὲν
C ἐρῶ· σὲ δὲ τὰς ἐκδεξομένας τύχας ἤδη στοχάζεσθαι προσῆ-
κον." τούτοις μὲν οὖν τὸν πατριάρχην ἔπεισεν αὐτῷ τε προσ-
έχειν καὶ πόλεμον πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον κινεῖν. ἔπειθ'
ἕκαστον τῶν ἄλλων, δόξῃ διαφερόντων ἢ γένει τῶν πολλῶν,

1. σὺ om. M. 2. τῇ om. P. 10. τὰ add. M. 11. καταπλαγεῖσα M.

omnibus dimissis, ad unum hoc respicere, ut vincat. Proinde eam fac convenias: illum ut non iam per cuniculos, sed propalam imperium vindicantem et non multo post ipsam eiusque liberos iugulaturum accuses. Fidem dictis tuis pariet et antea navata ipsi benevolentia ac studium post imperatoris excessum et quod in praesens ei diligenter operam dare videberis. Si probationem exegerit, ea curiositate ut supersedeat, mone; ab illo se disiungat; vitam suam liberorumque servet; alioqui morituram citius, quam probationes expediantur. His de causis timore perculsam, belli administrationem nobis permissuram existimo. Hoc felici successu peracto, nihil restabit, nisi ut malus male pereat, et tu impendenti ereptus periculo, rem Romanam meritissimo prae omnibus pro imperio regas. Quapropter te oro, mihi obtemperes, neu rem, via, quam ego monstravi, effectu non difficilem, detrectes. Quod si pigritaris in discrimine tuo, ego quidem gravius nihil dicam, te autem quales fortunae excepturae sint, coniectura providere par est. His ille patriarcham ad sibi assentiendum bellumque adversus magnum domesticum incipiendum impulit. Deinde alios singulatim opinione aut genere praestantes circumiens, et mendacia calumniasque con-

περιιὼν ἐμηχανᾶτο πείθειν, ψευδῆ συνείρων καὶ συκοφαντί- A.C. 1341
ας. καὶ πρῶτα μὲν πρὸς τὸν Ἀσάνην Ἀνδρόνικον ἐλθὼν,
ὃς ἦν μεγάλῳ δομεστίκῳ κηδεστὴς, ἐξ ὧν μάλιστα πείσειν
ᾤετο, ἐπεχείρει. οὗτος γὰρ δὴ Ἀσάνης πρὸς τὸν γαμβρὸν
ὀλίγῳ πρότερον ἐλθὼν, ἐδεῖτο μὴ περιορᾷν αὐτὸν, ἀβίωτον
οἰόμενον τὸν βίον διὰ τὸ τοὺς παῖδας Ἰωάννην καὶ Μανουὴλ,
ἐπ' ἔτεσιν ἓξ ἤδη ὑπὸ βασιλέως ἐν δεσμωτηρίῳ εἰργομένους, D
δεινότατα πάσχειν καὶ οὐδὲν ἀμείνω τῶν ἐν ᾅδου διαγόντων.
ἀλλ' ἀπιόντα πρὸς τὴν ἑσπέραν, ἐπεὶ διὰ Βήρας ἀνάγκη
διιέναι, ἔνθα κατεκλείοντο, τοῦ δεσμωτηρίου ἐξαγαγεῖν καὶ
πρὸς τὴν στρατείαν χρῆσθαι ἄγοντα μεθ' ἑαυτοῦ, οὐδενὸς,
ὧν ἄγει, πρὸς μάχας καὶ στρατείας ὄντας ἀτιμοτέρους χρῆ-
σθαι. ὁ μέγας δὲ δομέστικος, οὐκ ἀρέσκειν, ἔφασκεν, αὐτῷ
ταύτην τὴν βουλήν. οὐ γὰρ τῶν τυχόντων εἶναι τοὺς υἱοὺς,
οὐδ' ἐπὶ μικροῖς τισι κατακριθέντας, ὥστ', εἰ ἀφεθεῖεν παρ'
αὐτοῦ, μηδεμίαν ταραχῆς πρόφασιν παρέχειν βασιλίδι. ἀλλ'
ἔδει πρότερον ἐκείνην παρασκευάσαντας συγγνώμην ἐκείνοις
παρασχέσθαι, οὕτως ἐξάγειν τοῦ δεσμωτηρίου. νῦν δ' εἰ P. 405
τοῦτο πράξομεν αὐτοὶ, μὴ πρότερον ἐκείνης ἐπιτρεπούσης,
εἰκὸς αὐτήν τε λογίσασθαι καὶ τοὺς συκοφάντας προφάσεως
οὐ τῆς τυχούσης εὐπορῆσαι, ὡς ἤδη πᾶσαν αὐτῆς παρειλό-
μεθα διαβάλλειν τὴν ἀρχὴν καὶ κατ' ἐξουσίαν καὶ τὰ μέγι-
στα διοικοῦμεν, μηδὲ λόγου γοῦν αὐτήν τινος ἀξιοῦντες. ἃ

suens, in eamdem mentem illicere contendebat. Ac primum quidem Andronicum Asanem magni domestici socerum, argumentis, quibus eum potissimum expugnaturum confidebat, aggreditur. Hic namque Asanes ad generum paulo ante venerat et ut sui misereretur, obsecraverat, vitam minime vitalem viventis ob Ioannem et Manuelem filios, annum iam sextum ab imperatore, teterrimo obscurissimoque carcere, non secus atque apud inferos, detentos. Et cum in occidentem proficisceretur, quoniam Beras necessario transiturus esset, ubi in custodia habebantur, liberatos secum in militiam perduceret eorumque opera uteretur, qui de agmine ipsius, quod ad manum conserendam laboremque militarem attinet, nemini concederent. Magnus domesticus sibi non probari hoc consilium respondit: non enim esse terrae filios, nec levium quorumdam criminum condemnatos, ut si ab ipso dimittantur, non aliquid turbarum imperatrix expertura sit. Oportuisse prius ea placata veniam ipsis dari, et sic demum e carcere educi. Nunc si hoc nos citra eius mandatum faciamus, inquit, probabile est, et illam ita ratiocinaturam et sycophantas, idoneam occasionem nactos, calumniam contexturos, quasi iam omne imperium ei ademerimus, dum maxima per licentiam decernimus et nec verbo uno ipsam dignamur.

A.C. 1341 δὴ οὔτ' ἐμοὶ πρῶτον, οὔτ' ἐκείνοις οἴομαι λυσιτελεῖν. ἀλλὰ δέον πρὸς τοῖς ἔτεσιν, οἷς εἴργονται, καὶ ὀλίγον τινὰ χρόνον διακαρτερῆσαι, καίπερ ἀνιωμένους, ἄχρις ἂν θεοῦ διδόντος ἐπανήξω τῆς στρατείας. τότε δὲ τῆς βασιλίδος δεηθεὶς αὐτὸς ὑπὲρ ἐκείνων καὶ, εἰ δέοι, καὶ ἐγγύας παρασχὼν, τοῦ τε B δεσμωτηρίου παρασκευάσω ἐξελθεῖν καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν πειράσομαι ἐπανάγειν. νυνὶ δὲ τῆς στρατιᾶς ἤδη παρεσκευασμένης οὔσης πρὸς τὴν ἔξοδον, οὐ σχολὴ περὶ τοιαῦτα διατρίβειν, χρόνου δεόμενα πρὸς τὴν κατασκευήν. ἀλλ', ἐπειγόντων τῶν πραγμάτων, νῦν μὲν κατὰ πάροδον, ὥσπερ καὶ πρότερον πολλάκις, πρὸς αὐτοὺς παραγενόμενος, οὐ παραμυθήσομαι μόνον διὰ τὴν ἐπιδημίαν καὶ προνοίας ἀξιώσω τῆς δεούσης, ἀλλὰ καὶ χρηστοτέρων ἐμπλήσω τῶν ἐλπίδων, τὴν ἐλευθερίαν τῶν δεσμῶν ἐπαγγειλάμενος βεβαίως. ὃ καὶ V. 328 τὸν μεταξὺ χρόνον αὐτοῖς ἀνεκτότερον, ἢ πρότερον ἡμέρας C ποιήσει διάστημα μιᾶς." ὁ μὲν οὖν ἠγάπα τε ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ χάριτας ᾔδει πολλὰς ὑπὲρ αὐτῶν.

ιη'. Παρακοιμώμενος δὲ αἰσθόμενος, οἷος ἦν ἐκεῖνος τὰ τοιαῦτα ἐρευνᾷν, καὶ προσελθὼν Ἀσάνῃ, πρῶτα μὲν δουλείαν ἀρχαίαν ὡμολόγει, καὶ μηδὲ τὴν τύχην, ἐν ᾗ καθέστηκε νυνὶ, τῆς πρὶν εὐτελείας ἐπιλελῆσθαι πεῖσαι διεβεβαιοῦτο, D ἀλλ' οὕτως οἴεσθαι αὐτὸν οἷα δὴ ἕνα τῶν ἐκείνου οἰκετῶν, καὶ τὴν προσήκουσαν εὔνοιαν ἀγαθῷ δεσπότῃ παρὰ δούλῳ

23. δούλων P.

Quod nec mihi, nec illis profuturum existimo. Ad annos igitur, quibus in carcere sunt, adhuc breve tempus, quamquam dolentes, perdurent, donec divino munere ab expeditione rediero. Tum ipse imperatricem eorum nomine precatus, etiam, si opus erit, concepto vadimonio, de custodia exire faciam, et in veterem eos dignitatem fortunamque conabor asserere. Nunc quoniam ad iter paratus est exercitus, his immorandi non est otium: quae ut fiant, tempore indigent. Sed quia negotium urget, nunc in transitu, ut alias saepe, ipsos adibo, nec praesentia solum mea consolabor et necessitati rerum consulam, verum etiam laeta spe implebo, vinculorum solutionem affirmate promittens. Quod quidem illis hoc intervallum tolerabilius, quam prius vel unius diei spatium reddet. His promissis contentus, Asanes gratias ingentes egit.

18. Cubiculi praefectus cum haec intellexisset (erat enim in his indagandis impiger) cum Asane congreditur. Primum quidem se olim eius fuisse servum confitetur: nec fortunam praesentem abiectionis suae prioris memoriam sibi abstulisse asseverat, sed semet numerare in famulis eius, quaeque par est bono domino a servo parata esse studia, eadem se illi, si res exegerit, praestitu-

ἕτοιμον εἶναι, καιροῦ καλοῦντος, παρασχέσθαι καὶ αὐτὸν A.C. 1341 καὶ πάντα πράττειν ὑπὲρ αὐτοῦ τε καὶ τῶν παίδων, εἰ δέοι καὶ ταῖς ἐσχάταις τύχαις περιπίπτειν. ὃ καὶ νυνὶ παρεσκευακέναι μάλιστα ἥκειν παρ' αὐτὸν, ἅμα μὲν ἃ λυσιτελεῖν αὐτῷ τε καὶ παισὶ νομίζει παραινέσοντα, ἅμα δ', εἴ τι δέοιτο πρὸς τὸ ἔργον καὶ αὐτοῦ, ὅτι προθυμότατα συναγωνιεῖται καὶ χρήμασι καὶ οἰκέταις καὶ πᾶσιν οἷς ἔχει, ἐκδιδάξοντα. τῶν γὰρ αὐτοῦ παίδων ὑπὸ βασιλέως ἀδίκῳ γνώμῃ καὶ φθονερᾷ πολὺν ἤδη χρόνον ἐν φρουρᾷ κατεχομένων, P. 406 πάνυ μὲν καὶ αὐτὸν ὑπεραλγεῖν αὐτῶν οὐ μόνον ἄδικα καὶ βίαια πασχόντων, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀρχαίαν εὔνοιαν, ἣν ἐκείνοις ὀφείλειν καὶ σοὶ τῷ πατρί· μηδὲν δὲ βοηθεῖν ἔχοντα, στέργειν τὴν ἀνάγκην. νυνὶ δὲ ὁρῶν τὸν ἐπιτηδειότατον ἥκοντα καιρὸν τῆς ἐκείνων ἐκ τῶν δεσμῶν ἐλευθερίας, μὴ προΐεσθαι ἥκειν παραινέσοντα. καίτοι γε ἀκηκοέναι, ἔφασκεν, ἐκ Σηλυβρίας ἥκων, ὡς πολλὰ μεγάλου δομεστίκου τοῦ κηδεστοῦ δεηθεὶς ὑπὲρ ἐκείνων, οὐδὲν πλέον ἠδυνήθης, ἀλλὰ κεναῖς ἐλπίσι μετεωρίσας καὶ φενακίσας, ἀπιὼν ᾤχετο, ὡς ἀπολύσων τῆς εἱρκτῆς, ἢν ἐπανήξῃ τῆς ἑσπέρας. τοῦτο δὲ B εἴ σε λέληθεν ὡς ἀπάτη, πάνυ μάλιστα θαυμάζειν ἔχω. οὔτε γὰρ, βασιλέως ζῶντος, τοὺς γυναικὸς ἀδελφοὺς ἀπαλλάττειν τῶν κακῶν ἀδυνάτως εἶχεν, εἴγε δίκαια καὶ αὐτῷ προσήκοντα ᾑρεῖτο πράττειν, οὐκ ἐλάσσω δυνάμενος ἢ ὅσα

14. δεσμῶν pro κακῶν M. mg.

torem miserat, et alium quemdam eius famulum, litteras ab eodem afferentes, in quibus erat, ne nunc veniret, quod Thessalonicam tradere non posset: sed prius Chrelem cum eius copiis sibi adiungeret atque ita demum adveniret. Imperator quoniam res adversus voluntatem ibat, statim graviter suspicatus, nihilo minus omnino procedendum iudicavit. Cumque prope Dramam esset, apud vicum Codonianam appellatum castra metatus est. Protostrator et alioqui propter Zelotas, qui erant Thessalonicae, nonnihil horrebat, incertusque animi agebat languidius: nec simpliciter, ut generosus athleta in theatro vestem ad luctamen exuere audebat; et tunc acceptis ab uxore Byzantio litteris, turbabatur maxime, in quibus erat scriptum, principes ibidem, quod audissent eum cum Cantacuzeno agere, sibi, liberis ac domesticis immania denuntiasse nisi ipse a malo facinore temperarit. Quare orabat mulier, caveret, ne eius causa malis implicarentur gravissimis. Ideo se quoque ei obviam non venisse et Chrelis societatem praetexuisse, ut interea loci, quod in rem suam potissimum sit, considerare possit. Dum Codonianae moraretur imperator, Chrelem ad se, qui ex pacto iam adesset, accersivit. Is et ante se illi fuisse et modo esse amicissi-

A.C. 1342 κέναι δὲ Ῥωμαίους τοὺς αὐτῷ πολεμοῦντας, μὴ διαρπάσωσι
D τὰ ὄντα ἐν χωρίοις ἀτειχίστοις διεσκεδασμένα. τὰς γὰρ πό-
λεις, ὧν ἦρχε πρότερον ὑπὸ τῷ Τριβαλῶν ἄρχοντι τελῶν,
παραδεδωκέναι βασιλεῖ, ὡς καὶ αὐτὸς τῶν ἄλλων μᾶλλον
σύνοιδεν· αὐτὸς δὲ τὴν οὐσίαν ἐν τῷ Μελενίκου προαστείῳ
πᾶσαν ἔχειν. δι' ἃ οὐ δύνασθαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ
Μελενίκον πρότερον ὑποποιήσαιτο. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸν, θαρ-
σήσαντα, ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπολεῖ, συνάψεσθαι προθύμως.
βασιλεῖ μὲν οὖν εὐθὺς ἐδόκει πάντα ἄπορα. τό,τε γὰρ ἀνα-
στρέφειν ἐκ Μακεδονίας οὐ πρὸς αὐτοῦ ἔσεσθαι ἐνόμιζε,
καὶ τὸ προϊέναι πρὸς ἑσπέραν, τὴν Χρέλη καὶ πρωτοστράτο-
P.473 ρος καταλιπόντα συμμαχίαν, οὐκ ἀγαθόν. ἐδόκει δὲ μᾶλλον
Μελενίκου ἀποπειρᾷν, εἰ δύναιτο προσάγεσθαι ὁμολογίᾳ. ὅ-
πλοις γὰρ βιάζεσθαι ἀδύνατα ἦν ἔκ τε θέσεως τοῦ τόπου
καὶ κατασκευῆς τῆς πόλεως ὀχυρωτάτης οὔσης. καὶ πέμψας
διελέγετο κρύφα τοῖς οὖσιν ἐνταῦθα φίλοις περὶ παραδόσεως.
Συργὴς μέντοι ἐκ Φερῶν ἅμα μητροπολίτῃ τῆς αὐτῆς πόλεως
τὴν ἴσην ἀπέχθειαν πρὸς βασιλέα ἐπιδεικνυμένῳ καὶ Μονο-
μάχῳ τῷ ἐπάρχῳ, (ἧκε γὰρ ἐκ Θετταλίας κἀκεῖνος πρὸς αὐ-
V.381 τὸν,) πέμπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον κατασκόπους, τήν τε βα-
σιλέως στρατιὰν κατασκεψόμενοι ὁπόση εἴη, καὶ ὅ,τι δρῴη
θέλοντες μαθεῖν. ἐπεὶ δὲ ἑάλωσαν, τήν τε στρατιὰν ἐκέλευε
B περιάγοντας κατὰ σχολὴν παρέχειν κατασκέπτεσθαι, καὶ γράμ-

8. συνέψεσθαι P.

mum confitebatur; timere autem, ne Romani, quibuscum bellum haberet, facultates suas in locis nullo prorsus munimine tutis dispersas diripiant. Urbes enim, quibus adhuc principi Triballorum parens imperasset, demortuo imperatori, quod optime nosset, tradidisse et fortunas suas in suburbano Melenici habere. Quare, nisi Melenicum ipse subegerit, accedere ad eum non posse; sic enim et se confisum de suis nihil amissurum, alacriter arma iuncturum. Imperatori illico visa omnia impeditissima. Nam et ex Macedonia reverti haud sibi decorum, et pergere porro in occidentem, Chrelae ac protostratoris societate destitutum, parum frugiferum sentiebat. Libuit igitur experiri, num Melenicum ad deditionem voluntariam posset adducere: quam armis tum ob loci situm, tum ob munitionem validissimam cogere nequibat. Itaque clandestinis internuntiis cum amicis, quos ibi habebat, de proditione agit. At Pheris Syrges et metropolitanus urbis, qui aequali in imperatorem fervebat odio, et Monomachus, Thessaliae praetor, qui ad Syrgen venerat, ad exercitum exploratores mittunt, per quos et quantus esset et quid actitaret, discerent. Quos ille captos circum exercitum duci et moras ad contemplandum dari iussit: litteras insuper tradidit,

ματα πρὸς τοὺς πέμψαντας παρέχων, ἐκέλευεν ἀναστρέφειν· A. C. 1342 ἐν οἷς περὶ τῶν ἐν Βυζαντίῳ γεγενημένων ὡς ἀδίκῳ καὶ συκοφαντικῇ γνώμῃ πραχθείη κατ' αὐτοῦ διεξιὼν, ἀπολογίαν ἐποιεῖτο καὶ περὶ ἑαυτοῦ, ὡς οὐ βασιλέως τοῖς παισὶν ἐπιβουλεύων, οὐδὲ βασιλείας ἐρῶν τοιούτοις ἐπιχειροίη, ἀλλ' ἀνάγκῃ συνελαθεὶς ἐλπίδι τοῦ καταλύειν μᾶλλον τὸν πόλεμον καὶ τὰ λυσιτελοῦντα πᾶσι κοινῇ ποιεῖν. προσετίθει τε καὶ ὅρκους τοῖς λεγομένοις, ὡς οὐδὲν εἴη πρὸς ἀπάτην εἰρημένον. οἱ δὲ, ἐπεὶ τὰ γράμματα ἀνέγνων, ἀντέγραφον καὶ αὐτοὶ, ὡς οὐκ ἄλλοθέν ποθεν μᾶλλον, ἢ ἐξ ὧν αὐτὸς οἴεται εἶναι δίκαιος C πιστεύεσθαι, τῶν ὅρκων δῆθεν, αὐτοὺς καταστοχάζεσθαι, ὡς οὐκ ἂν εἴη τὰ εἰρημένα ἀληθῆ. εἰ γὰρ ὥσπερ καὶ πρότερον, ἡνίκα ἰδιωτικὴν ἐσθῆτα ἔχων, τὰ πράγματα Ῥωμαίοις διῴκει, ὅρκων οὐκ ἐδεῖτο, ἐν οἷς ἰσχυρίζεσθαι ἐχρῆν, ἀλλ' ἤρκει μόνον εἰπεῖν, καὶ πάσης ἀποδείξεως ἰσχυρότερα τὰ εἰρημένα εἶναι, ὥσπερ οὐ μόνον αὐτοὶ συνίσασιν, ἀλλὰ καὶ οἱ πόῤῥω τῆς Ῥωμαίων γῆς κατῳκισμένοι· οὕτω καὶ νῦν, εἰ ἀξιοπιστίαν αὐτῷ συνῄδει, οὐκ ἂν ὅρκων ἐδεήθη πρὸς τὸ πιστεύεσθαι συναιρομένων. ὅθεν καὶ χρὴ συνορᾷν, ἐξ οἵας δόξης εἰς οἵαν ἐκ τοῦ βασιλεῦσιν ἀγνώμων φαίνεσθαι ἀδοξίαν κατηνέχθη. καὶ τοῖς αὐτοῖς κατασκόποις παρασχόμενοι, ἄγειν αὖθις πρὸς αὐτὸν ἐκέλευον. πρὸς ἃ, θαυμάζειν αὐτῶν, ἀντέγραφεν ὁ βασιλεὺς, εἰ δέον πρότερον τὰ εἰρημένα, εἰ οὐκ D ἀληθῆ ἀποδεικνύναι, ἔπειτα καὶ περὶ τῶν ὅρκων διαλέγεσθαι·

10. ἴεται P.

quas iis redderent, quorum missu venerant. His litteris, quam Byzantii impie et malevole secum esset actum, enarrans sese tuebatur; non imperatoris liberis insidiantem, nec imperium concupiscentem, sed necessitate sic urgente, et spe potius belli componendi communiaque commoda amplificandi ad haec aggressum. Addebat etiam iuramentum, nihil se decipiendi causa dixisse. Lecta epistola illi rescribunt, non aliunde magis, quam unde is merito sibi credendum putet, ob iuramentum videlicet, se coniectare, falsa esse quae dixerit. Quemadmodum enim antea, quando in veste privata Romanam rem administrarit, iuramentis ad asseverandum non indiguerit, sed tantum dicere suffecerit et eius dicta omni probatione firmiora fuerint, quod non modo ipsi, sed et qui longe extra urbem Romanam incolunt, haud nesciant: ita nunc, si se fide dignum consciret, non ad iuramenta, quae verbis eius fidem adderent, confugiturum fuisse. Hinc quoque intelligi, ex quanta gloria in quantam ignominiam ob suum scelus erga imperatores deciderit. Hasce litteras iisdem exploratoribus ad eum portandas committunt. Ad eas respondens Cantacuzenus, mirari se dixit, cum docere prius debue-

A.C. 1342 οἱ δ' ἐκείνων ἀποσχόμενοι καὶ ἀντειπόντες πρὸς μηδὲν, ἐπὶ τοὺς ὅρκους καταφεύγουσιν, ὥσπερ τι προὔργου νομίζοντες ποιεῖν. ὅτι δ' αὐτοῖς περὶ τῶν ἄλλων διαλέγεσθαι καταλιποῦσι, καὶ ἢ πείθεσθαι ὡς ἀληθέσιν ἢ ὡς ἐναντία ἔχουσιν ἐλέγχειν, περὶ τῶν ὅρκων μόνον εἰπεῖν τι βέλτιον ἐνομίσθη, περὶ αὐτῶν ἀποκρινεῖσθαι καὶ αὐτὸν, τἄλλα ὑπερβάντα. ἐγὼ τοίνυν, ἔγραφε, νομίζω τοὺς ὅρκους ἢ διὰ τὸ μὴ τοὺς ὀμνύοντας ἀξιόχρεως πρὸς πίστιν εἶναι γίνεσθαι, ἢ διὰ τὸ τοὺς δε-
P. 474 χομένους ἢ φαύλους τοὺς τρόπους εἶναι, ἢ διὰ μέγεθος τῶν ἐπαγγελλομένων ἀδυνάτως ἔχειν πείθεσθαι ὅρκων χωρίς. ὅτε τοίνυν ἐμοὶ τὴν ἀξιοπιστίαν οὐ μόνον ὁ παρελθὼν χρόνος τοσοῦτος ὢν, ἐν ᾧ τὰ Ῥωμαίων πράγματα διῴκουν, (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ διὰ ταύτην ὅρκων ἐδεήθην ποτὲ,) συμμαρτυρεῖ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ μάλιστα πειρώμενοι διαβάλλειν, οὐ δύνασθε συγκρύπτειν οὕτως οὖσαν καταφανῆ, οὐδὲν ἄλλο λείπεται, ἢ δι' ὑμᾶς τοὺς χαίροντας ἐν ταῖς συκοφαντίαις γίνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδ' αὐτοῖς πιστεύειν δυναμένους, οἷς αὐτοὶ συμμαρτυρεῖτε τὸ μηδέποτε ἐψεῦσθαι. ὅτι δ' ὁ περὶ τῶν ὅρκων λόγος τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὥσπερ εἴρηται, καὶ αὐτόθεν μὲν
B καταφανές· πειράσομαι δὲ καὶ ἐκ παραδείγματος μάλιστα ἀληθεστάτου καταφανέστερον ποιεῖν. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ αὐτοαλήθεια καὶ καλεῖται καί ἐστι, καὶ δίκαιός ἐστι πιστεύεσθαι καὶ ὅρκων χωρίς· ὁ δὲ οὐ τῷ

4. ἐναντίως M. 12. ὢν M., ἂν P. 13. ἐδεήθη P.

rint, vera non esse quae scripserit, deinde de iuramentis disputare: illi eorum nihil confutantes, quasi praeclare operam posituri, iuramentum carpserint. Quoniam autem de aliis loqui illaque seu tamquam vera credere, seu tamquam falsa refellere noluerint, sed de iuramentis dumtaxat aliquid verborum facere melius existimarint, se quoque ceteris praetermissis, de ipsis responsurum. Ego igitur, inquit, iuramenta concipi arbitror, aut quia qui iurant, alioqui fidem non merentur, aut quia quibus iuratur vel improbi sunt, vel propter magnitudinem promissorum, nisi iuramentum accesserit, credere non possunt. Cum itaque me citra iusiurandum fide dignum esse, non solum praeteritum tempus tam longum, quo rebus Romanis praefui, testetur, sed etiam vos ipsi, qui in primis calumniari me conamini, celare id, quia manifestissimum, non possitis: relinquitur aliud nihil, quam me iurasse propter vos, qui sycophantiis gaudetis, ideoque nec iis fidem commodare potestis, quos ipsimet nunquam esse mentitos testificamini. Sic autem se habere, quae de iuramentis diximus, cum et hinc liqueat, nitar tamen exemplo verissimo reddere liquidius. Si enim Deus noster est Deus verax, et ipsa veritas vocatur et est, mereturque fidem etiam iniuratus, et

Ἀβραὰμ μόνον ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ ἦ μὴν πληθυνεῖν αὐτοῦ τὸ A. C. 1342 σπέρμα, ἀλλὰ καὶ τῷ Δαυὶδ ὕστερον, (ὤμοσε γάρ, φησι, κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν,) δῆλον ὡς οὐχ ἑαυτοῦ, τῆς μικροψυχίας δὲ τῶν ἀκουόντων ἕνεκα καὶ τῆς περὶ τὰ ἐπαγγελλόμενα ἀμφιβολίας τοὺς ὅρκους ἐποιεῖτο. καὶ Παῦλος δὲ ὕστερον ὁ τῆς ἀληθείας μαθητὴς καὶ κήρυξ περὶ ὧν εἰς V. 382 τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγεὶς εἶδε, μέλλων διηγεῖσθαι, καίτοι γε ἑαυ- C τῷ πολλὴν συνειδὼς ἀλήθειαν, ὅμως τῆς ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἀκουόντων, εὐλογητὸς, εἶπεν, ὁ θεὸς, ὅτι οὐ ψεύδομαι, ὡς ἂν ὑπὸ μάρτυρι θεῷ ἰσχυριζόμενος λέγειν ἃ ἐρεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἀξιῶν πιστεύεσθαι. ἔθος γὰρ ἀεὶ τῇ ἀπιστίᾳ μεγάλα τοῖς πράγμασι λυμαίνεσθαι. ἔξεστιν οὖν ὑμῖν σκοπεῖν, ὡς σφίσιν αὐτοῖς μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ τῶν ὅρκων ἕνεκα μέμφεσθαι προσῆκεν. ὑμεῖς δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀειφυγίᾳ τὸ δίκαιον καταδικάσαντες καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀπελάσαντες ἀρχῆς, τῷ φίλῳ ψεύδει κέχρησθε ἀεὶ καὶ ταῖς συκοφαντίαις, οὐδὲ τοῦτο μεμνημένοι γοῦν, ὅτι τῶν τῇδε βεβιωμένων ἅπαντες ὑφέξομεν εὐθύνας μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγήν. ἐγὼ δ' ὥσπερ καὶ πρότερον, D οὕτω καὶ νῦν ὑπὸ μάρτυρι τῷ θεῷ λέγω, ὡς οὐδὲν ἕτερον εὐθὺς ἐξαρχῆς μετὰ τὴν βασιλέως τελευτὴν, ἢ ὅσα βασιλίδι καὶ παισὶ συμφέρει καὶ πᾶσι κοινῇ Ῥωμαίοις, διενοούμην τε καὶ πράττειν εἶχον διὰ σπουδῆς. ἐκείνων δὲ ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ἀληθοῦς, ἀλλ' ὑπὸ συκοφαντίας πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ

7. μέλλον P. 11. μεγάλῃ M. 13. δ' om. P.

tamen non solum Abrahamo per semet ipsum iuravit multiplicaturum eius semen, sed Davidi quoque postea, (iuravit enim, inquit, dominus David veritatem, et non frustrabitur eum,) patet, non propter se, sed propter imbecillitatem audientium eorumque nutantem circa promissa fidem iuravisse. Et Paulus postmodum Apostolus et praeco veritatis, de iis, quae in tertium coelum raptus vidit, narraturus, tametsi veracissimum se esse nosset, nihilominus propter audientium utilitatem, Deus, inquit, qui est benedictus in saecula, scit, quia non mentior: velut Deo teste confirmans se dicere, quae dicebat, et ideo aequum censens, sibi credi. Semper enim incredulitati magnae, res elevare et extenuare mos est. Ergo magis vos ipsos, quam me propter iuramentum reprehendendos fuisse perspiciatis licet. Vos vero, quomodo in aliis, iustitia damnata et ex imperio Romano eiecta, consueto et amico mendacio ac sycophantiis adhaeretis, nec hoc saltem recordamini, quae in hac vita gesserimus, eorum nos omnium post finem huius lucis rationem reddituros. At ego, ut antea, sic hodie Deum testatus, aio, me nihil aliud statim ab initio post obitum imperatoris, quam quae imperatrici et liberis eius, communi et Romanorum conducerent, cogitasse

A.C. 1342 κεκινημένων πόλεμον, ἀναγκαίως καὶ αὐτὸς ἐξ ὧν νομίζω ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς συνοῦσι τὴν σωτηρίαν ἐκπορίζειν πράττω.

P. 475 λη'. Ἐκείνους μὲν οὖν οὕτως ἀπεδείκνυε μηδὲν ὑγιὲς
B αὐτοῦ κατεγνωκότας. αὐτὸς δὲ, ἐπεὶ οἱ ἐν Μελενίκῳ φίλοι ἐκάλουν, ὡς παραληψόμενον τὴν πόλιν, πέμψας στρατιὰν κατέσχεν, ἔπειτα καὶ τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἰωάννην τὸν Ἀσάνην ἄρχοντα τῆς πόλεως καθίστη· πρᾶγμα δυσέλπιστον πρὶν γενέσθαι, γενόμενον δὲ ὅμως οὐ μετρίαν παρέσχετο παραψυχήν. αὐτίκα γὰρ πρὸς Χρέλην πέμψας, ἐκέλευεν ἥκειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ἤδη τοῦ ζητουμένου ἠνυσμένου. ὁ δ' ἐδόκει μὲν ἥδεσθαι τοῦ βασιλέα Μελενίκου ἔχειν, καὶ πᾶσαν ἔλεγε πρόφασιν αὐτῷ περιῃρῆσθαι· ἔτι δ' ὅμως ἀνεβάλλετο, τὸ δοκεῖν μὲν, ὡς τὰ ὄντα διαθησόμενος, μέλλων ἤδη ἅπτεσθαι πολέμου καὶ στρατείας, τῇ δ' ἀληθείᾳ, οὐκ ἐθέλων εἰς τοὺς κινδύνους ἐμβάλλειν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἄνευ πόνων τὴν βασιλέως εὔνοιαν καρποῦσθαι. βασιλεὺς δὲ ὡς εἶδε χωροῦντα πρὸς
C ἀναβολὰς, τῆς διανοίας ἐκ τῶν εἰρημένων στοχασάμενος, Μελενίκου μὲν ἄρχοντα τὸν γυναικὸς κατέλιπεν ἀδελφὸν Ἀσάνην τὸν Ἰωάννην μετὰ στρατιᾶς, ὅσης ᾤετο ἀρκέσειν εἰς φρουρὰν τῇ πόλει· αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην στρατιὰν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κελεύσας μένειν, ἅμα τοῖς υἱέσι Ματθαίῳ καὶ Μανουὴλ τριακοσίους μόνον παραλαβὼν, συντόνως τε ὁδεύσας, εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἔνθα ὁ Χρέλης διατρίβων ἦν, ἀφίκετο. ἐκείνου δὲ

8. παρέσχε P. 13. εὖ ante διαθησόμενος add. M.

facereque contendisse. Verum ubi illi nulla causa legitima, sed calumniis tantum eo impulsi sunt, ut me armis persequerentur, necessario et ipse ago, unde mihi et commilitonibus meis salus pariatur.

38. Cum sic demonstrasset, illos parum probe de se iudicasse, amicorum, qui Melenici erant, accersitu manum misit urbemque occupavit, et Ioannem Asanem, uxoris fratrem, praefectum declaravit: quae res vix sperari poterat, antequam fieret; facta autem non mediocre dabat solatium: mox enim Chrelem, utpote perfecto, quod desiderabatur, advocat. Qui Melenicum ab imperatore obtineri laetus videbatur sibique omnem excusationem amputatam affirmabat. Verumtamen adhuc, quasi res suas, antequam bello se crederet, compositurus, differebat: sed revera laborem detrectans, nullo cum periculo suo imperatoris amicitia perfrui cupiebat. Is ut hominem tempus ducere vidit, mentem eius ex dictis auguratus, Melenici praefectum Ioannem Asanem cum parte copiarum, quanta urbs defensanda indigeret, relinquit et altera parte in castris manere iussa, Matthaeo et Manuele filiis trecentisque tantummodo comitatus, magnis itineribus postridie ad locum venit, ubi Chreles morabatur. A

ἀσμένως ὑποδεξαμένου συνδιημερεύσας αὐτῷ καὶ συνδιανυ- A.C. 1342
κτερεύσας, τῇ μετ' αὐτὴν ἔχων καὶ αὐτὸν μετὰ τῆς στρατιᾶς,
αὖθις εἰς τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκε καὶ πολλῆς ἐνέπλησε τὴν
στρατιὰν ἡδονῆς μετὰ Χρέλη ἀφιγμένος. ἦν γὰρ οὐ δυνατὸς
μόνον καὶ ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ χρήμασιν, ἀλλὰ καὶ περὶ V. 383
στρατηγίας κάλλιστα ἐξησκημένος καὶ οἷος τούς τε φίλους D
ὠφελεῖν καὶ τοὺς πολεμίους βλάπτειν μάλιστα εἰδέναι. δι'
ἃ καὶ περιμάχητος αὐτοῖς ἐδόκει ἡ ἐκείνου συμμαχία. ἐν
Θεσσαλονίκῃ δὲ ὁ πρωτοστράτωρ, ὥσπερ ἔφημεν, ἀμφίβολος
ὢν καὶ περὶ τῶν βασιλέων ὅτῳ πρόσθηται φανερῶς διασκε-
πτόμενος, μαλακώτερόν τε τῶν πραγμάτων ἥπτετο καὶ τοὺς
λεγομένους Ζηλωτὰς, οἳ ὑπὲρ βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου βα-
σιλεῖ τῷ Καντακουζηνῷ ᾑροῦντο πολεμεῖν, αὐξανομένους κα-
τὰ μικρὸν περιεώρα, τοῦτο μὲν, μὴ φανερὸς γένοιτο τὰ Καν-
τακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ᾑρημένος, δεδοικὼς, (ἥ γὰρ θυγά-
τηρ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ, αἳ ἦσαν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ ἡ ἄλλη πε-
ριουσία οὐκ εἴων πράττειν ἃ ᾑρεῖτο, ἐμβάλλουσαι εἰς ἀγω-
νίαν, μὴ δι' αὐτὸν πολλοῖς προσομιλήσωσι κακοῖς,) τοῦτο δ' P. 476
ὅτι καὶ Θεσσαλονικέων οὐ μόνον ἡ στρατιὰ, οἳ ἦσαν οὐκ ὀ-
λίγοι, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτῶν οἱ δυνατοὶ τὰ βασιλέως τοῦ
Καντακουζηνοῦ ᾑρημένοι πρὸς ἀμέλειαν ἐνῆγον, οἷς ἐθάῤῥει,
ὅτε βούλοιτο, περιέσεσθαι τῶν Ζηλωτῶν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι
διὰ τὴν μέλλησιν ἐκείνου ἦσαν οὐκ εὐκαταφρόνητοι καὶ τὸν
δῆμον ἀνηρέθισαν κατὰ τῶν δυνατῶν, τοῦ πρωτοστράτορος

14. τὰ om. P. 24. ἀνηρέθησαν P.

quo humaniter acceptus, diem et noctem cum eo transegit: postridieque in castra secum perduxit eiusque conspectu exercitum mirabiliter recreavit. Quippe non armis solum, equis et pecunia valebat, sed erat praeterea artibus imperatoriis exercitatissimus, noveratque cum amicis commodare, tum inimicis incommodare plurimum. Quocirca etiam societas eius maximopere expetenda censebatur. Thessalonicae autem protostrator, ut docuimus, animum huc illuc versans, et ab utro imperatorum palam staret deliberans, remissius ac socordius agebat, Zelotasque, qui pro imperatore, Palaeologi filio, in Cantacuzenum se armabant, sensim augescere patiebatur: partim metuens, ne eius studiosus publice haberetur, cum filia et coniux Byzantii habitantes et amplae ibidem facultates id non permitterent, sollicitumque et anxium facerent, ne sua causa multis aerumnis obiicerentur; partim fretus Thessalonicensi non parvo praesidio ac civibus copiosioribus, quibus quando vellet Zelotas se oppressurum confidebat. At postquam illi eius dilatione corroborati, plebem in primores concitarunt, protostratore iam in Cantacuzenicis numerato,

A. C. 1342 ἤδη ἐγνωσμένου τὰ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως δρᾷν, ἐπιθέμενοι ἀθρόον, ἐξελαύνουσι τῆς πόλεως περὶ χιλίους ὄντας. συμβολῆς ὀλίγης γενομένης δι' ἀκροβολισμῶν, ἐν ᾗ καὶ τῶν πρωτοστράτορος οἰκετῶν ἐγένοντο ὀλίγοι τραυματίαι· ἑάλω- B σαν δὲ καὶ τῶν δυνατῶν τινες, οἳ οὐκ ἠδυνήθησαν τοῖς ἄλλοις τῇ πρώτῃ συνεκπεσεῖν ὁρμῇ. ὑφ' ἑαυτοῖς δὲ οἱ Ζηλωταὶ τὴν πόλιν ποιησάμενοι, ἐτράπησαν εἰς τὰς οἰκίας τῶν φυγάδων καὶ αὐτάς τε καθῄρουν καὶ τὰς οὐσίας διήρπαζον, καὶ τἆλλα ἔπραττον, ὅσα ἦν εἰκὸς αὐτοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ πενίας συνελαυνομένους καὶ εἰς ὕβριν ἐξενηνεγμένους διὰ τὴν ἀθρόαν εὐπορίαν. εἰς τοσοῦτον δὲ ἀπονοίας καὶ τόλμης ἦλθον, ὥστε καίτοι τὰ δεινότατα τολμῶντες, σταυρὸν ἐκ τῶν ἱερῶν ἀδύτων ἁρπάζοντες, ἐχρῶντο ὥσπερ σημαίᾳ καὶ ὑπὸ τούτῳ ἔλεγον στρατηγεῖσθαι, οἱ τῷ πολεμίῳ μᾶλλον τοῦ σταυροῦ ἀγό- C μενοι. καὶ εἴ τις πρός τινα ἔκ τινων ἰδίων ἐγκλημάτων διεφέρετο, τὸν σταυρὸν ἁρπάζων, ἐχώρει κατὰ τῆς οἰκίας, ὡς δὴ τοῦ σταυροῦ κελεύοντος. καὶ ἦν εὐθὺς ἀνάγκη ἐκ θεμελίων ἀνεσπάσθαι, ὁρμῇ τε ἀλογίστῳ καὶ κέρδους ἐπιθυμίᾳ τοῦ δήμου ἑπομένου. ἐπὶ δύο μὲν οὖν καὶ τρισὶν ἡμέραις ἡ Θεσσαλονίκη ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων ἐδῃοῦτο, καὶ οὐδὲν ἦν ὅ,τι μὴ τελούμενον ὡρᾶτο τῶν ἐπὶ ἁλώσει γινομένων πόλεων. οἵ τε γὰρ κρατήσαντες νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν κατὰ συστάσεις διιόντες, βοαῖς ἐχρῶντο καὶ ἀλαλαγμοῖς καὶ τὰ τῶν ἑαλωκότων

18. ἀνασπᾶσθαι P. 21. ὁρᾶτο P.

agmine facto invadentes, civitate circiter millenos expellunt, levique sagittarum certamine congressi, de famulis protostratoris aliquot convulnerant, primorum nonnullos capiunt, qui cum aliis primo impetu eiicere sese non potuerant. Zelotae, urbe sub se redacta, ad aedes exulum conversi, eas direpta suppellectili evertunt: alia item cum iniuria et contumelia perpetrant, quae homines egestate coactos et abundantia facultatum alienarum irritatos perpetraturos esse, fuit verisimile. Eo autem audaciae amentiaeque prodierunt, ut etiam in primis nefanda committerent: crucem ex sacris adytis raperent, eaque pro signo militari uterentur, sub quo se militare autumabant, qui potius ab inimico crucis possessi agitabantur. Quod si cui cum aliquo privata lis et controversia intercederet, rapta cruce, velut ea iubente, populoque inconsiderato impetu et lucri desiderio prosequente, ad domum eius tendebat, quam repente dirui a fundamentis oportebat. Ad biduum itaque triduumve Thessalonica non secus quam ab hostibus vastabatur: nihilque quod captis urbibus solet, non etiam illic fieri cernebatur. Nam victores noctu et interdiu gregatim obambulabant et clamoribus sua gaudia testabantur: captorumque res agebant ferebantque; et victi gementes

ἦγόν τε καὶ ἔφερον· καὶ οἱ νενικημένοι στένοντες ἐν ἀδύτοις A.C. 1342 κατεκρύπτοντο, ἀγαπητὸν ἡγούμενοι, ὅτι μὴ αὐτίκα ἀποθνήσκοιεν. ἐπεὶ δὲ, ὧν ἔδει διεφθαρμένων, παύσαιτο ἡ ταραχὴ, οἱ Ζηλωταὶ αὐτίκα ἐκ πενεστάτων καὶ ἀτίμων πλούσιοι καὶ περιφανεῖς γεγενημένοι, πάντα ἦγον δι᾽ ἑαυτῶν, καὶ τοὺς μέ- D σους μετῄεσαν τῶν πολιτῶν, ἢ συνασχημονεῖν ἀναγκάζοντες αὐτοῖς, ἢ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν ἐπιείκειαν ὡς Καντακουζηνισμὸν ἐπικαλοῦντες. ἐν Θεσσαλονίκῃ μὲν οὖν τοιαῦτα ἐτελεῖτο. πρωτοστράτωρ δὲ ἐπεὶ μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἀρίστων ἐξηλαύνετο, εἰς Γυναικόκαστρον ἀφικόμενος, (κατεῖχε γὰρ αὐτὸ καὶ πρότερον φρουρᾷ, οἷα δὴ ὑπὸ τῷ Θεσσαλονίκης ἄρχοντι εἰωθὸς τελεῖν,) ηὐλίζετο ἐκεῖ καὶ κακῶς ἐποίει Θεσσαλονίκην ληϊζόμενος καὶ πάσης ἐκράτει τῆς ἔξω τειχῶν γῆς. ἀντικαταστῆναι γὰρ πρὸς τοὺς ἔξω οὐδαμῇ οἱ ἔνδον ἦσαν δυνατοί. ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα P. 477 περὶ Χαλκιδικὴν ἔτι διατρίβοντα, ἅμα μὲν μηνύων, ὡς ἐκ- V. 384 βληθείη Θεσσαλονίκης, τοῦ δήμου καὶ τῶν Ζηλωτῶν αὐτῷ ἐπιθεμένων, ἅμα δὲ καὶ ἐλπίδας οὐ φαύλας ὑποφαίνων, ὡς, εἰ παραγένοιτο ταχέως, τῶν τε ἔνδον οὐκέτι παντάπασιν ἐκπεπολεμωμένων, (ἦσαν γὰρ ἔτι, οἳ τὰ βασιλέως ᾑρημένοι δέει συνείποντο τοῖς Ζηλωταῖς,) καὶ τῶν ἔξω μέγα δυναμένων, ῥᾳδίως παραστήσαιτο τὴν πόλιν. βασιλεῖ μὲν οὖν ἐδόκει πάντοθεν περιΐστασθαι δεινὰ, ὅμως ἐπὶ τὸν πάντα ἄγοντα θεὸν τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας καὶ τῆς νίκης ἀνατιθεὶς, πρὸς B

11. τῶν P.

in abstrusa loca se abdebant, hoc uno contenti, quod non sine mora essent iugulati. Interfectis etiam, quos visum est interfici, postquam tumultus conquievit, Zelotae ex mendicis et obscuris divites atque illustres repente facti, omnia per se curabant: et tenuiores cives sollicitantes aut secum inhoneste vivere cogebant, aut eorum moderationem aequitatemque pro Cantacuzenismo accusabant. Atque haec Thessalonicae. Protostrator vero cum milite et optimatibus pulsus, Gynaecocastrum venit, (quod ipsum prius collocato ibidem praesidio, ut Thessalonicae praefecto subiectum tenebat,) ibique manens, Thessalonicam praedis agundis vexabat, et quantum erat agri eius extra muros, infestum habebat: ad resistendum enim incolae nequaquam pares erant. Cantacuzeno autem adhuc prope Chalcidicen haerenti significat, se, plebe et zelotis compellentibus, Thessalonica eiectum esse; simul etiam spem non minimam subostendit, si accelerarct, indigenis necdum omnibus efferatis, (erant quippe, qui eius partium studiosi, Zelotas aversabantur,) et potentia eorum, qui foris essent, levi negotio civitatem subacturum. Imperator igitur infortuniis obrutus videbatur. Verumtamen in omnium moderatore Deo

A. C. 1342 Χρέλην ὅσα ἔδει διαλεχθεὶς καὶ προθεσμίαν συνθέμενος, καθ'
ἣν ἔδει τὰ οἴκοι διαθέμενον ἀφικέσθαι πρὸς αὐτὸν, ἔπειτα
καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου στρατιᾶς οὐκ ὀλίγην παραλαβὼν ἅμα τοῖς
οἰκείοις ἠπείγετο πρὸς πρωτοστράτορα. ἐν τῷ μεταξὺ δὲ
διερχομένῳ ἡ Ῥεντίνα, φρούριόν τι Θεσσαλονίκης ἡμέρας ὁ-
δὸν διέχον, προσεχώρησεν ἑκοντί. καταλιπὼν δὲ αὐτοῖς ἄρ-
χοντα καὶ διακοσίους στρατιώτας φρουρὰν, αὐτὸς ἐλθὼν
ἐστρατοπέδευσεν ἐν Λαγκαδᾷ οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης. ἡ
δὲ ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ ἅμα στρατηγοῖς τοῖς Παλαιολόγοις
Ἀνδρονίκῳ καὶ Θωμᾷ ἀφιγμένοι εἰς Φερὰς, παραλαβόντες
C καὶ Συργὴν ἄγοντα τὴν ἐκ Μακεδονίας στρατιὰν, καὶ ἔπαρ-
χον τὸν Μονομάχον συστρατευόμενον ἅμα τοῖς οἰκείοις, τὸ
ἐκείνου παραμείψαντες στρατόπεδον, ἧκον εἰς Θεσσαλονίκην.
βασιλεὺς δὲ ἐκεῖ τὴν νύκτα αὐλισάμενος, ὡς μὴ δοκοίη δέει
τῷ ἐκείνων ἀπανίστασθαι, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἄρας, ἦλθεν
εἰς Γαλικὸν, ποταμόν τινα ἐγγὺς Θεσσαλονίκης, ἔνθα ὁ πρω-
τοστράτωρ καὶ οἱ ἐκ Θεσσαλονίκης φυγάδες περὶ χιλίους ὄν-
τες συνεγένοντο, τῶν ἵππων ἀποβάντες, ὡς προσήκει βασιλεῦσι
προσιόντας πράττειν. πρῶτός τε ὁ πρωτοστράτωρ προσελθὼν
πεζῇ, ἠσπάζετο τὸν βασιλέως πόδα, εἶτ' ἐφεξῆς καὶ οἱ λοιποὶ
προσίεσαν ὁμοίως. βασιλεύς τε καὶ αὐτὸς πρωτοστράτορα
D μὲν ἀπὸ τοῦ ἵππου κύψας ἀντησπάζετο· τοὺς δ' ἄλλους
προσηγόρευε παριων, πᾶσιν ἦθος χρηστὸν ἐμφαίνων καὶ βλέ-
πων εὐμενές. ηὐλίσαντό τε στρατοπεδευσάμενοι ἐκεῖ τὴν

salutis et victoriae spe defixa, cum Chrele pro tempore collocutus et cum eo diem pactus, quo rebus domi dispositis atque ordinatis ad se veniret; deinde ex manipulis illius non paucis assumptis, quibus suum exercitum augeret, ad protostratorem festinavit. In transitu oppidulum quoddam Rhentina, Thessalonica unius diei itinere distans, ultro in eius ditionem venit; ubi praefecto cum ducentis militibus praesidii causa relictis, pergens Langadae haud procul Thessalonica tetendit. Manus autem Byzantina, Andronico et Thoma Palaeologis ducibus, cum Pheras venisset, adiuncto Syrge, qui Macedonas ducebat, et praefecto Monomacho cum Thessalis, praeteritis Cantacuzeni stativis, Thessalonicam inivit. Imperator nocte ibi exacta, ne illorum metu inde putaretur discedere, postridie movens ad fluvium quemdam Thessalonicae finitimum, nomine Galicum, pervenit, ubi protostrator et exules illi Thessalonicenses circiter mille ab equis descendentes (pro eo ac decet illos, qui ad imperatorem accedunt) eum sunt allocuti. Primus protostrator adiens, imperatoris pedem osculatus est: idem ceteri ordine praestiterunt. Imperator et ipse prono capite protostratorem ab equo resalutavit; alios autem dum proveheretur, salute impertiit, omnibus mite animi sui ingenium

νύκτα. βασιλεὺς δὲ πρωτοστράτορα καὶ τοὺς ἐν λόγῳ μάλιστα A.C. 1342 τῶν φυγάδων ἔχων περὶ ἑαυτὸν, ἠρώτα ὅ,τι δέοι ποιεῖν· αὐτοὺς γὰρ μάλιστα εἰδέναι τὰ ἐνταῦθα πράγματα καὶ ἀγωγῶν τόπον ἐπέχειν πρὸς αὐτοὺς ἄρτι ἀφιγμένους ἐξ ἀλλοδαπῆς. πρωτοστράτωρ δὲ καὶ οἱ φυγάδες, τὰ μὲν γεγενημένα, ἔφησαν, ἐνταῦθα οὐδ' αὐτὸς ἀγνοεῖς· λείπεται δὲ αὐτὸν σκεψάμενον, ὅ,τι ἂν δοκῇ συμφέρειν πράττειν.

λθ'. Βασιλεὺς δὲ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐκκλησίαν ἐκ πάντων P. 478 συναθροίσας, γνώμην πᾶσι περὶ τῶν πρακτέων προὐτίθει, V. 385 καὶ ἐκέλευε τὸ παριστάμενον ἕκαστον μηδὲν ἀναδυόμενον B εἰπεῖν, ὡς ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων ῥαδία ἡ τοῦ συνοίσοντος αἵρεσις γένοιτο αὐτοῖς. οἱ δ' ἀνεβάλλοντο πάντες ἐφεξῆς, καὶ οὐδεὶς τὸ παριστάμενον ἐτόλμα λέγειν φανερῶς. οἵ τε γὰρ ἐκ Βυζαντίου φυγάδες μετὰ βασιλέως ἀφιγμένοι ἄγαν ἤχθοντο πρὸς τὴν ἀποτυχίαν τῆς Θεσσαλονίκης καὶ ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο τοῦ τί χρὴ ἑλέσθαι· καὶ ἡ ἄλλη στρατιὰ ἐν ἀθυμίᾳ ἦσαν, οὐ κατὰ ῥοῦν χωροῦντα τὰ πράγματα ὁρῶντες βασιλεῖ· καὶ ὁ πρωτοστράτωρ ἅμα Θεσσαλονικέων τοῖς φυγάσιν, ὡς ἑώρων τοῖς ἐκ Βυζαντίου στρατηγοῖς τὴν πόλιν κατεχομένην καὶ ἄπορα ἤδη ἦν προσάγεσθαι, μᾶλλον ἐχαλέπαινον, C τοὺς οἰκείους ἐννοοῦντες οἷα πείσονται. καὶ πρὸς τὴν βασιλέως γνώμην πάντες ἀφεώρων, οἰόμενοί τινα σφίσι τῶν περισχόντων κακῶν λύσιν ἐξευρήσειν. βασιλεὺς δὲ ὡς εἶδε

ostendens et cunctos amico vultu intuens. Ea nocte loco illo castra habuerunt. Imperator protostratorem et eiectitios, quorum insigne nomen erat, circum se habens, quid faciendum esset, quaerebat: eos namque rem Thessalonicensem pernovisse et ipsis ex aliena regione venientibus pro ductoribus esse posse. Tum protostrator et exules responderunt, quae ibidem contigissent, nec ipsum nescire: superesse autem, ut is, ubi secum dispexerit, quid expediat, id exsequatur.

39. Postera luce imperator, omnibus ad concionem vocatis, dicendae sententiae potestatem facit, et unumquemque, quod animus suggereret, sine tergiversatione in medium proferre iubet, ut ex plurium dictis, quid profuturum sit, facile appareat. Illi omnes deinceps cunctari, et quod occurreret, non audere palam proloqui. Byzantio namque profugi, qui cum imperatore venerant, frustrationem Thessalonicae ferebant molestissime, et quo se verterent, aestuabant: reliquus autem miles videns, eidem coepta secus procedere, desperatione frangebatur. Protostrator quoque et exules Thessalonicenses, urbem a Byzantinis ducibus occupatam et ereptum illius aditum cernentes, dolebant acerbius, quam misera esset futura propinquorum suorum conditio, cogitantes. Universi demum imperatoris sententiam exspectabant, eumque quibus essent cincti malorum reme-

A.C. 1342 μηδεμίαν γνώμην μηδένα βουλόμενον εἰσάγειν, „τὰ μὲν πράγματα" εἶπεν „ὡς ἐναντίως ἢ ᾠόμεθα ἀπήντηκεν ἡμῖν, πάντες ὁρᾶτε δήπου. πρωτοστράτωρ τε γὰρ καὶ Θεσσαλονικέων οἱ τὰ ἡμέτερα ᾑρημένοι, οὓς ἔδει τὴν πόλιν ἔχοντας εὑρεῖν καὶ τὰ μέγιστα ὠφελεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, δυσκόλῳ τύχῃ χρησάμενοι, ἐξελήλανται· ὅ,τε δῆμος καὶ οἱ ἐναπολειφθέντες, οὓς ἠλπίζομεν ἢ πειθοῖ προσάξεσθαι ἢ βιάσεσθαι τοῖς ὅπλοις, διά τε τὰς ἁρπαγὰς ἡμῖν ἐκπεπολεμωμένοι καὶ θαῤῥοῦντες τῇ D ἐκ Βυζαντίου στρατιᾷ, οὐ προσχωρήσουσιν ἡμῖν. εἰ γὰρ ἔμελλον, οὐκ ἂν ἐπὶ τῆς πύλης αὐτῶν σχεδὸν ἐστρατοπεδευμένου ἡσύχαζον αὐτοὶ, ἀλλ' ἢ πρεσβείαν ποιούμενοι κοινῇ, ἢ ἰδίᾳ κρύφα τινὲς αὐτῶν διαλεγόμενοι, παρῆσαν ἄν. τὸ δὲ μηδένα ἐξελθεῖν τεκμήριον τοῦ τε τοὺς πολλοὺς ἐγνωκέναι πολεμεῖν ἡμῖν, καὶ τοῦ, εἴ τινες καὶ εἶεν ᾑρημένοι τὰ ἡμέτερα, δέει τοῦ μὴ κακῶς παθεῖν συμφέρεσθαι τοῖς ἄλλοις. ὅθεν οὐδὲ ἐλπίδων ἀνοήτων ἕνεκα ἐνταῦθα οἴομαι παραμένειν δεῖν. οὐ μὴν διὰ τὸ τῆς πόλεως ἀποτετυχηκέναι, καὶ πρὸς P. 479 τὰ λείποντα δίκαιον τοῦ πολέμου μαλακίζεσθαι. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πρὸς πάντα εὐτυχήσομεν ἀεί. σωφρόνων δέ ἐστιν ἀνθρώπων καὶ γενναίοις χρωμένων λογισμοῖς, μήτε ἐν ταῖς εὐτυχίαις τοῦ μετρίου φαίνεσθαι ἐκπίπτοντας, μήτ' ἐν ταῖς δυσπραγίαις καταπίπτειν, ἀπαγορεύοντας τὸ ἀνορθοῦσθαι αὐ-

6. ἐναπολιφθέντες P.

dium inventurum, spem concipiebant. Ergo cum sensum suum aperire nemo vellet, sic ipse exorsus est: Contra quam sperabamus nobis accidisse, omnes utique videtis. Nam et protostrator et qui nobiscum faciunt Thessalonicenses, quos oportebat nos urbem tenentes invenire eorumque opibus in primis adiuvari, infesta quadam fortuna expulsi sunt: et populus atque intus relicti, quos aut verbis inflexos aut armis compulsos ad nos accessuros spes erat, cum propter direptiones nostra causa toleratas nobis inimicissimi sunt, tum praesidio Byzantino confisi, se nequaquam dedent. Quod si facere vellent, me ante portas propemodum castrametante, ipsi non quiescerent: sed aut missis legatis communiter, aut privatim occulte quidam mecum praesentes agerent. Quia vero nullus egreditur, indicium est, vulgus decertare nobiscum statuisse: et si quidam etiam sint, quibus nostrae partes probentur, eos metu subeundae calamitatis uno veluti fluctu cum aliis abripi et involvi. Quare cum vana spe hic manendum non puto. Nec tamen quoniam una civitate frustramur, aequum est ad bellum de cetero enervari atque mollescere: nunquam enim profecto per omnia felices ac fortunati erimus. Prudentium autem et animosorum est, nec in prosperis modestiam deserere, nec in turbidis et adversis ita cadere, ut se

θις. ἀλλὰ δέον τὰ ἐνταῦθα ὡς προσῆκον διοικησαμένους, A. C. 1342
χωρεῖν ἐπὶ τὰ πρόσω, χρηστοτέρας ἡμῖν καὶ ὡς μάλιστα ἀσφαλεῖς ὑποφαίνοντα ἐλπίδας. δέον οὖν ἐγὼ νομίζω, τῇ εἰς τὴν Ῥεντίναν καταλελειμμένῃ φρουρᾷ δύναμιν προσθέντας V. 386
μείζονα, ὡς κατατρέχειν Θεσσαλονίκης δύναιντο, (ἡ γὰρ ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ οὐ πολλῷ ὕστερον ἀποχωρήσει,) καὶ ἐν Γυναικοκάστρῳ δύναμιν ὁμοίαν καταλιπόντας τῆς αὐτῆς αἰτίας ἕνεκα, τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ διαβάντας αὐτοὺς τὸν Ἀξιὸν, B
εἰς Βέῤῥοιαν γενέσθαι καὶ Ἔδεσσαν τὰ ἡμέτερα ᾑρημένας πόλεις. ἐκείνων δὲ κρατήσασιν οἵ τε Θεσσαλοὶ προσχωρήσουσιν αὐτίκα καὶ Ἀκαρνανία καὶ τὸ ἄλλο ἠπειρωτικὸν, πάλαι τὴν ἐμὴν ἄφιξιν προσδεχόμενον. τοιαύτην δὲ προσλαβοῦσι δύναμιν οὐδεὶς ἀνθίστασθαι ἔτι ἀξιώσει, ἀλλ' ἢ ἑκόντες τῆς ἀρχῆς πάντες παραχωρήσουσιν ἡμῖν, ἢ τοῖς ὅπλοις βιασθέντες." τοιαῦτα εἰπόντος βασιλέως, πρωτοστράτωρ τε ἅμα τοῖς συνοῦσι καὶ οἱ ἀπὸ Βυζαντίου μάλιστα φυγάδες ἐν δεινῷ τοὺς λόγους ἐποιοῦντο καὶ φόβου ἦσαν μεστοὶ καὶ ἀγωνίας, τὸν πλάνον ὡς ἀπέραντον λογιζόμενοι, εἰ δέοι Ἀκαρνανίαν καὶ Ἤπειρον περιιέναι, τοῖς ἐκ τῆς στρατείας κακοῖς ταλαιπωροῦν- C
τας, τῶν οἴκοι μάλιστα κακῶς διακειμένων καὶ ταχείας τῆς ἐπικουρίας δεομένων. φανερῶς μὲν οὖν ἀντειπεῖν καὶ τὴν οἰκείαν, ὡς ἔχουσι περὶ τὰ εἰρημένα, γνώμην ἐκκαλύψαι ἐδεδίεσαν, τό,τε περὶ βασιλέα δυσνοεῖν καὶ τὸ ἡσσῆσθαι κατάκρας ἐν τοῖς δεινοῖς ὡς φαῦλον ἑαυτοῖς προστρίβειν οὐκ ἐθέλοντες·

4. καταλελειγμένη P. 8. Ἀξειὸν V. hic et infra.

resurrecturos desperent. Sed ubi de his constituerimus quod opus est, ulterius, ubi melior ac certissima spes affulget, procedamus oportet. Quare augendum Rhentinae praesidium opinor, quo agrum Thessalonicensem incursare queat, (miles enim Byzantinus non multo post discedet,) et Gynaecocastri eadem de causa simili relicto numero, cum reliquo agmine Axio traiecto versus Berrhoeam et Edessam, urbes amicas, progrediendum: quibus acceptis, actutum Thessali, Acarnanes et cetera continens, a qua pridem exspector, ad nos se transferent. Tali potentia confirmatis, nemo amplius resistere postulabit, sed vel sponte vel armis adacti, omnes imperio nobis cedent. Haec ubi imperator disseruit, protostrator cum suis praecipueque Byzantio profugi in indignationem verti, timoreque et angore compleri, ob infinitam errationem scilicet, si Acarnaniam et continentem circumire et expeditionis tam longae miserias atque aerumnas perpeti necesse haberent, domesticis rebus tantopere afflictis et celere auxilium flagitantibus. Libere quidem contradicere et animum suum explicare verebantur, nolentes sibi hanc maculam inuere, quasi imperatori male cuperent, duraeque et adversae sorti

A.C. 1342 προφάσεις δέ τινας συνείροντες οὐκ ἀναγκαίας, διεκώλυον τὴν
πρᾶξιν. ὡς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπέκειτο, ταύτην εἶναι μόνον φά-
σκων ὡς ἐν τοῖς παροῦσι λυσιτελεστάτην γνώμην· „ἀλλ' εἰ
μὲν τοῦτό σε λέληθεν" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ" ὁ πρωτοστράτωρ
„ὡς στρατιὰ Τριβαλῶν πολὺν ἤδη χρόνον Ἔδεσσαν περικά-
θηται πολιορκοῦσα, ᾗ δεῖ χωρήσαντας διὰ μάχης παρέρχε-
D σθαι εἰς τὴν πόλιν, ἄλλος ἂν εἴη λόγος. εἰ δ' οὐκ ἀγνοεῖς,
μάλιστα θαυμάζειν ἔχω, ὅτι δὴ τοιοῦτος ὢν καὶ πολλὴν πρὸς
στρατηγίαν πεῖραν ἐσχηκὼς, πρὸς τῷ παρόντι νυνὶ πολέμῳ τῷ
ἐκ τῶν ὁμοφύλων, καὶ πρὸς Τριβαλοὺς παραβάλλεσθαι ἡμᾶς
κελεύεις, ὅτε εἰ καὶ μόνοι ἦσαν, τῶν ἐργωδεστάτων ἦν ἀν-
τιτάττεσθαί τινα." ὁ βασιλεὺς δὲ μάλιστα μὲν οὐδὲν εἰδέ-
ναι περὶ τῆς πολιορκίας ἔφασκε. τὸν γὰρ τῶν Τριβαλῶν
δεσπότην πρεσβείαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν, ἔτι περὶ Θρά-
κην διατρίβοντα, σπονδὰς καὶ συμμαχίαν θέσθαι· δι' ἃ καὶ
οἴεσθαι αὐτὸν μηδεμιᾷ Ῥωμαίων πόλει πολεμεῖν. εἰ δ' ἐκεῖ-
νος λύσας τὰς σπονδὰς, πολέμιος ἀντὶ συμμάχου γέγονε καὶ
πόλιν ἡμετέραν πέμψας πολιορκεῖ, τίνι μᾶλλον, ἢ τούτῳ προσ-
P. 480 έχειν χρὴ, ὥστε τὴν πόλιν ἀπαλλάττειν τῶν δεινῶν μάλιστα
δυναμένους, καὶ ἐκείνοις τε τὴν σωτηρίαν ἐκπορίζειν καὶ
σφίσιν αὐτοῖς τήν τε ἐξ ἐκείνων καὶ τῶν ἄλλων εὔνοιαν; ἐ-
γὼ δ' εἰ καὶ μηδὲν ἡμῖν ἔψεσθαι κέρδος ἔμελλεν ἐκ τοῦ πο-
λέμου, τοῦτ' αὐτὸ μόνον, τὸ Ῥωμαίων πόλιν κινδυνεύουσαν
ἐξαιρεῖσθαι, τῶν μεγίστων τίθεμαι κερδῶν. δι' ἃ οὐδὲ πρὸς

penitus cederent: sed praetextus quosdam haud necessarios coacervantes, negotium impediebant. Perstante autem in sententia imperatore diceuteque, hoc solum esse in praesentia consilium utilissimum: Atqui, si te hoc latet, inquit protostrator, Triballos iampridem ad Edessam sedere, per quos conserta manu in oppidum nobis penetrandum est, nihil dico. Sin autem non latet, miror vehementer, te talem virum et tantum usum ductandis exercitibus adeptum, hoc civili bello non esse contentum, sed velle nos etiam Triballis obiectare, quibus vel solis laboriosissimum foret resistere. Tum imperator, de Edessena obsidione ne tenuissimam quidem auditionem accepisse: Triballorum enim despotam ad se adhuc in Thracia legationem de foedere et societate misisse. Existimare igitur se, illum nullam Romanorum urbem oppugnare. Sin temerato foedere in hostem mutatus sit urbemque Romanam obsideat, eo ante omnia incumbendum, ut hoc eam malo liberent, qui id maxime possunt: et cum illi salutem, tum sibimet Edessenorum aliorumque studia amoremque concilient. Ego vero, inquit, quamvis nullum nos lucrum hinc maneret, hoc solum, urbem Romanorum periculo exemisse, lucrum immensum ducerem. Quamobrem non

ἄλλο τι τρέπεσθαι οὐκέτι συμβουλεύω, ἀλλ' ἤδη φανερῶς A. C. 1342 ἐπιψηφίζομαι. εἰ δὲ σοί τε καὶ τοῖς συνοῦσι τὸ Τριβαλοῖς ὑπὲρ Ῥωμαίων πολιορκουμένων μάχεσθαι ἀγεννὲς δοκεῖ, ἀλλ' ἅμα τοῖς οἴκοθεν ἑπομένοις αὐτὸς ἐπ' ἐκείνους βαδιοῦμαι, ὑμεῖς δ' ἐν Γυναικοκάστρῳ μένοντες, τὴν ἐπάνοδον περιμένετε ἡμῶν." ἐκέλευέ τε αὐτίκα τῇ σάλπιγγι τὴν ὁδοιπορίαν B τῇ στρατιᾷ σημαίνειν. πρωτοστράτωρ δὲ καὶ οἱ ἐκ Βυζαντίου συνόντες βασιλεῖ φυγάδες τότε ἀπολείπεσθαι ἐνόμιζον αἰσχρὸν καὶ ἀγεννὲς, καὶ τὸ συνέπεσθαι ὑπώπτευον ὡς ἀπεράντου τῆς πλάνης ἐσομένης. διὸ αὐτοί τε ὡς εἶχον τὴν ὁρμὴν ἐπειρῶντο κωλύειν βασιλεῖ καὶ τοὺς ἄλλους κρύφα διαλεγόμενοι παρεκάλουν, ἔνδειάν τε τῶν ἀναγκαίων ὑποβάλλοντες καὶ μάχας καὶ πολέμους καὶ ὡς οὐδεμία τῶν πόλεων εἰσδέξοιτο βασιλέα ἑκοντί· καὶ ὅσα ἐνῆν πρὸς τὸ μάλιστα V. 387 αὐτοὺς μὴ βασιλεῖ προθύμους ἕπεσθαι κωλύειν, εἴων ἀνεπι- C χείρητον οὐδέν. ἐξ ὧν οὐ μικράν τινα πτοίαν εἰς τὸ στράτευμα ἐνέβαλον καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἔπειθον χωρεῖν. Κοτεανίτζης γάρ τις τῶν Θεσσαλονικέων ἑτέρους πείσας περὶ ἑκατὸν πρῶτος βασιλέως ἀποστὰς, εἰς Θεσσαλονίκην ἀπεχώρει. ταῦτα δὲ ἔπραττον, οὐ βασιλεῖ προῃρημένοι πολεμεῖν, ἀλλὰ τῶν οἰκείων τὴν κάκωσιν καὶ τὰς ἐκ Βυζαντίου ἀπειλὰς οὐ φέρειν ὄντες δυνατοί. οἱ γὰρ ἐκεῖσε ἄγοντες τὰ πράγματα καὶ πολεμοῦντες βασιλεῖ πρὸς μὲν ἐκεῖνον οὐχ ὅτι γε πρεσβείαν

iam consulo, ne arma alio convertamus, sed plane decerno. Si tibi tuisque pro Romanis obsessis cum Triballis confligere haud ingenuum videtur: at ego cum his, qui sponte me sequentur, in illos irruam, vos Gynaecocastri manentes, reditum nostrum operimini. Haec locutus, extemplo tuba signum dari ad profectionem iussit. Protostrator et Byzantini exules, imperatoris comites, et relinqui turpe atque illiberale iudicabant, et sequi tamen propter quamdam vagandi perpetuitatem, quam suspicione praecipiebant, non audebant. Idcirco et ipsi hoc imperatoris desiderium impedire nitebantur, et furtivis sermonibus alios dehortabantur, inopiam rerum necessariarum, bella et pugnas crebras causantes, nullamque civitatem ultro imperatorem intromissuram; et quaecumque demum ad alacritatem sequendi infringendam valebant, horum nihil intentatum sinebant: ex quo terrorem non levem exercitui iniecerunt et ad defectionem eum pellexerunt. Coteanitzes namque et alii centum ex Thessalonicensium agmine, quos ille corruperat, primi desciverunt ac Thessalonicam redierunt: non quod imperatori se armis opponere constituissent, sed quod cognatorum vexationem et minas e Byzantio ferre non possent. Nam penes quos illic summa imperii erat et adversus Cantacuzenum bellabant, non modo legationem nul-

A. C. 1342 ἐποιήσαντο ἢ διειλέχθησαν περὶ τοῦτο παράπαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ καὶ δὶς, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ τρὶς πρεσβείαν πεπομφό-
D τος, οὔτε ἀπεκρίναντο οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρέσβεις πολλὰ περιυβρίσαντες, ἐκάκουν ἐν δεσμωτηρίοις ὅσα δυνατά. πρὸς δὲ τοὺς συνόντας ὁσημέραι κρύφα διελέγοντο καὶ πλεῖστά τε ἐπηγγέλλοντο εὖ ποιήσειν ἐκείνου ἀποστάντας, καὶ τοὐναντίον, εἰ μὴ πείθοιντο, οὐ τὰ ὄντα μόνον ἀφαιρήσεσθαι καὶ κτήσεις ἑτέροις παραδώσειν, ἀλλὰ καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς πεῖραν ἄξειν ἀλγεινῶν πολλῶν. ἃ ἐδόκει φοβερὰ τοῖς εὐγενεστέροις μάλιστα προσόδων μεγάλων ἀποστερουμένοις. ὧν καὶ τότε μεμνημένοι, κωλύειν διὰ πάντων ἐπεχείρουν βασιλέα πρὸς
P. 481 ὑπερορίους ἐξορμᾶν στρατείας, οἰόμενοι, ἂν κωλύσωσι, πρὸς ἕτερόν τι τρέψεσθαι λυσιτελέστερον. βασιλεὺς δὲ τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἐμμένων ὡς καλῶς βεβουλευμένοις, ἄρας ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἧκε πρὸς Ἀξιὸν ὡς διαβησόμενος, συνείποντο δὲ καὶ οἱ ἄλλοι, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δ' ἀνάγκῃ. συμβὰν δὲ οὕτω, περὶ τὰ ὀρεινὰ ὄμβρων ῥαγδαίων καταῤῥαγέντων, ἄπορος ἐφαίνετο ὁ ποταμὸς ὑπὸ πλημμύρας. στρατοπεδευσάμενοι δὲ ἐκεῖ, περιέμενον ὡς λωφησάντων περαιωσόμενοι τῶν ὑδάτων. τὰ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐπληθύνετο καὶ ὑποψίαν παρεῖχεν, ὡς οὐκ ἐν ὀλίγῳ δίοδον παρέξοντα. ἐπιλελοίπει τε ἤδη καὶ ὁ σῖτος τὴν στρατιάν. ὁρῶν δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, ὡς ὅ,τε πό-

22. καὶ om. P.

lam miserant, neque super hoc quidquam cum eo egerant; verum etiam bis ter, ut meminimus, eius legatis nihil responderant, eosque variis iniuriis quam potuerant contumeliosissime vexarant carcereque multaverant. Sed Byzantios imperatoris commilitones quotidie occultis internuntiis tentabant et si deficerent, beneficia multa promittebant: contra nisi obsequerentur, non facultates dumtaxat ablaturos et possessiones aliis addicturos, sed et liberos eorum et uxores multis incommodis exagitaturos minabantur. Quae nobilioribus praesertim amplos census amittentibus horribilia videbantur: quorum et tunc memores, omni ope imperatorem cohibere tentabant, ne extra fines cum exercitu prorumperet, sperantes, si id obtinuissent, eum ad aliud quiddam fructuosius conversum iri. Imperator consilii semel capti, ut optimi, tenax, motis castris ad Axium copias transducturus venit. Pars volens, pars invita sequebantur. Forte in montanis imbres abruptis nubibus ingeminaverant, et fluvius super ripas stagnis effusus, transmitti non poterat. Ibi igitur castris positis, dum aquae subsiderent, exspectabant. Quibus nihilominus increscentibus, suspicio erat, longius extractum iri transitum: et iam commeatus exercitum defecerat. Quae duo cum cerneret imperator, quamquam

ρος οὐ ῥᾴδιος αὐτοῖς, καὶ τῶν ἐπιτηδείων δέοιτο ἡ στρατιὰ, A.C. 1342 ἄκων μὲν καὶ δυσχεραίνων οὐ μετρίως καὶ τὴν γεγενημένην B πρότερον ἐπὶ τὸν Ἕβρον κωλύμην στρέφων ἐπὶ νοῦν, καὶ δεδοικὼς, μὴ καὶ αὖθις τὰ παρόντα κακῶν αἴτια μεγάλων καταστῇ, ἐπέλεγέ τε ἑαυτῷ, ὡς ἐν οἷς μὲν ὁ θεὸς εὐδοκεῖ, καὶ ἡ κτίσις ἅπασα ὑπηρετεῖ, οἷς δὲ ἀντιτάττεται, καὶ ἡ κτίσις δύσκολον ὁμοίως ἑαυτὴν παρέχεται. ἀνέστρεφε δ' οὖν ὅμως εἰς Γυναικόκαστρον, γνώμην ἔχων, ὡς, τῇ στρατιᾷ σίτου πορισθέντος, αὖθις ἐπανέλθοι. ἤλπιζε γὰρ, ἄχρι τότε καὶ τὸν ποταμὸν ἐνδώσειν πρὸς τὸν πόρον. πρωτοστράτωρ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἥδοντο πρὸς τὴν ἀποτυχίαν καὶ χαίροντες ἐπανῄεσαν. C

μ'. Τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας καὶ Ἀπόκαυκος ὁ μέγας δοὺξ V. 388 ἑβδομήκοντα ναυσὶ πρὸς Θεσσαλονίκην ἧκεν ἐξ Εὐβοίας. πρὸς γὰρ τὸν βασιλέως πόλεμον οὐδὲν οἰόμενος λυσιτελήσειν, οἷα δὴ ναυτικῆς οὔσης τῆς δυνάμεως αὐτῷ, Καντακουζηνοῦ δὲ τοῦ βασιλέως ἐξ ἠπείρου στρατευομένου, τὰς νήσους περιιὼν ἐπεδείκνυτο τὴν δύναμιν καὶ προῆλθεν ἄχρι τῆς Εὐβοίας. D ἐκεῖθεν δὲ ἐπεὶ ἀναστρέφειν ἦν καιρὸς, ἐδόκει δεῖν καὶ πρὸς Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν, ἐπιδειξόμενος κἀκεῖ τὴν δύναμιν. ἐλθόντι δὲ εὐθὺς ἡ περὶ τὴν βασιλέως στρατιὰν ἐμηνύετο διχοστασία. ὁ δ' αὐτίκα πρωτοστράτορί τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ ἐδήλου καὶ ἐπηγγέλλετο πολλὰ, εἰ βασιλέως ἀποσταῖεν πρὸς αὐτὸν, ἢ τὰ ἔσχατα ἠπείλει διαθήσειν τοὺς οἰ-

nolens et magna cum molestia, recordatus quomodo alias Hebrum quoque transire fuisset prohibitus, et formidans, ne hinc rursum ingens malum oriretur, seque ipsum tacite admonens, quibus Deus bene velit, iis res creatas omnes inservire; quibus autem adversetur, huic similiter creaturam se praebere difficilem. Reversus est tamen in Gynaecocastrum ea mente, ut conquisita exercitui annona rediret: alebatur enim spe, flumen interea undis imminutis meabile futurum. Protostrator ceterique eo impedimento laeti, nimium quantum libentes redibant.

40. Eodem die etiam Apocauchus, magnus dux, cum septuaginta navibus ex Euboea Thessalonicam delatus est. Nam cum ad bellum contra imperatorem nihil se collaturum putaret, quod ipse navali potentia valeret, Cantacuzenus autem in terra haberet exercitum, insulas circumiens et vires suas ostentans, Euboeam pervenit. Inde quia abeundi tempus erat, visum Thessalonicam quoque navigandum et ibi similiter vires ostentandas. Eo ut venit, protinus dissensio exercitus ei indicatur, ipseque confestim protostratori et aliis adventum suum significat et promissis eos onerat, si ab imperatore ad se transeant: ni faxint, eorum cognatos horrendis cruciatibus crudelissime perditurum. Protostrator, qui et alioqui militare impe-

A.C. 1342 κείους καὶ πᾶσαν ἐπιδείξεσθαι ὠμότητα. πρωτοστράτωρ δὲ
καὶ πρότερον τὴν μετὰ βασιλέως ὀῤῥωδῶν στρατείαν διὰ
τοὺς οἰκείους, ὥσπερ ἔφημεν, καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι ὑπερο-
P. 482 ρίαις καὶ πόνοις διὰ τὴν ἐκείνου χάριν προσομιλεῖν, ἄσμενός
τε εὐθὺς ἐδέχετο τὸν λόγον καὶ ὅρκους ᾔτει παρὰ μεγάλου
δουκὸς ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις πρότερον. ὁ δὲ παρεῖχε τότε
χαίρων καὶ πάντα ἐπηγγέλλετο προθύμως. τοῦ πεπραγμέ-
νου δὲ εὐθὺς καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διαδοθέντος, ὅσοι τὰ
αὐτὰ ᾑροῦντο πρωτοστράτορι, τάραχός τε ἦν εὐθὺς οὐ μι-
κρὸς κατὰ τὴν στρατιὰν καὶ σύγχυσις δεινὴ καὶ ἀταξία, τῶν
μὲν ἤδη πρὸς ἀποστασίαν χωρεῖν βεβουλευμένων, τῶν δ' ἄλ-
λων, ὥσπερ ἦν εἰκὸς, διὰ τὴν ἐκείνων ἀποχώρησιν κλονου-
μένων καὶ πονηρὰς περὶ τοῦ μέλλοντος τὰς ἐλπίδας λαμβα-
νόντων. βασιλεὺς δὲ ὡς τὸ στράτευμα ἑώρα συγχυθὲν, τοὺς
μάλιστα αἰτίους τῆς ἀποστασίας περιστησάμενος, „ἄνδρες"
B εἶπε „φίλοι, οὐδὲν οὕτω πρὸς ἀνανδρίαν καὶ μικροψυχίαν
ἐπαγωγὸν, ὡς τὸ φιλοψυχεῖν καὶ πρὸς τὴν ἀποβολὴν τῶν ὄν-
των μαλακίζεσθαι. Ῥωμαῖοι δὲ οἱ πρὸ ἡμῶν οὐχ οὕτω δια-
κείμενοι, τὴν οἰκουμένην μικροῦ δεῖν πᾶσαν παρεστήσαντο,
ἀλλὰ πάντα πόνον ὑπομένοντες ὑπὲρ φιλοτιμίας καὶ τοῦ μὴ
δοκεῖν ἥσσους φαίνεσθαι τῶν πολεμίων. ὅθεν οὐ μόνον ἐκ
τοῦ συντυχόντος ἀπεδίδρασκον τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ δυσ-
πραγίαις χρώμενοι μεγάλαις καὶ στρατηγοὺς ἀποβάλλοντες
καὶ στρατόπεδα ὁλόκληρα ἐν τοῖς πολέμοις, οὐδὲν ὑφίεσαν
τῆς τόλμης, οὐδὲ τοῦ φρονήματος, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ᾤον-

ratori propinquorum causa refugeret, ut demonstravimus, et nollet per loca longinqua eius gratia laborem capessere, conditionem statim amplexus, iuramenti cautionem pro praeteritis petit: quo Apocauchus gaudens se obstringit cupideque spondet omnia. Eo facto per alios didito, quotquot idem protostratori sentiebant, eos perturbatio repentina, nec mediocris, cepit, magnaque rerum et ordinum confusio exercitum pervasit, aliis desciscere iam deliberatum habentibus, aliis, ut erat consequens, ob illorum secessionem tumultuantibus maleque in posterum ominantibus. Imperator, ut exercitum confusum animadvertit, auctoribus defectionis potissimum advocatis, Amici, inquit, nihil ita, ut immodica vivendi cupido et in amissione bonorum mollities trepidum angustumque reddit animum. Certe maiores nostri Romani aliter affecti, orbem propemodum universum subegerunt, qui illecti dulcedine gloriae et ne hostibus inferiores viderentur, quemvis laborem perferebant. Nec solum fortuitos atque improvisos labores non detrectabant, sed et insignibus circumventi calamitatibus et amissis in bello ducibus totisque aliquando caesis exercitibus, nihil de fortitudine et excelsitate animi

το δεῖν πρότερον ὑπομένειν ἢ δουλοῦν τοῖς πολεμίοις ἑαυ- A. C. 1342 τούς. ὑμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅ,τι παθόντες, ἢ τίσι χρησάμενοι C ταῖς τύχαις, φοβεροὶ τοῖς πολεμίοις ὄντες καὶ ῥάβδος ὑπ' ἐκείνων κεκλημένοι σιδηρᾶ, δειλοὶ καὶ ἀγεννεῖς καὶ ἀνελεύθεροι ἀντὶ τῶν προτέρων ὤφθητε ἀθρόον, καὶ τοῖς πολεμίοις ἑκόντες ὄντες ἐγχειρίζετε σφᾶς αὐτοὺς, μηδένα πόνον περὶ τὸ χειρώσασθαι ὑμᾶς εἰσενεγκοῦσιν. οὔτε γὰρ ἐν μάχῃ ἡττήμεθα οὐδεμιᾷ αὐτῶν, οὔτ' εἰς τοσοῦτον ἡμῖν ἧκε τὰ πράγματα ἀνελπιστίας, ὥστε ἀπορεῖν ὅπῃ σωθησόμεθα, εἰ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίσομεν τοῖς πολεμίοις. ἐγὼ δὲ οὕτως V. 389 ἐξαρχῆς καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον πέπεικα ἐμαυτὸν, ὡς οὐδέποτε προησόμενος ὑμᾶς, ἀλλ' ἢ σὺν ὑμῖν παραστησάμενος τοὺς πολεμίους συμμερίσασθαι καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν ὠφέλειαν τὴν ἐκ τῆς νίκης, ἢ μαχόμενος πεσεῖσθαι, ἂν ἡττᾶσθαι συμβαίνῃ, D ἐλευθέροις καὶ γενναίοις ἀνδράσι προσηκόντως. εἰ μὲν οὖν τὴν προτέραν εὔκλειαν ἐνθυμηθέντες ἀντιστῆναι ἐθελήσετε πρὸς τὰ δεινὰ, καὶ μὴ ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ καταπλαγέντες τὴν νίκην παρέχειν ἀναιμωτὶ τοῖς πολεμίοις, ἄριστα βουλεύσεσθε καὶ προσήκοντα ὑμῖν αὐτοῖς. εἰ δ' ἄρα τοσοῦτον ἥττησθε πρὸς τῶν οἰκείων τὴν συμπάθειαν, ὥσθ' ὑπὲρ ἐκείνων καὶ τὰ αἰσχρότατα καὶ ἀγεννέστατα ὑφίστασθαι, οὐ δέον οὕτως ἀμφιβόλους φέρεσθαι καὶ δεινὰ πάσχειν κλονουμένους, ἀλλὰ συνταξαμένους φανερῶς, ἐφ' ἃ προείλεσθε χωρεῖν. οὔτε γὰρ ἄκοντας εἱλκύσαμεν ἡμῖν δουλεύειν, οὔτε νῦν κω- P. 483

remittebant, omnia prius, quam servitutem sibi patienda arbitrantes. Vobis nescio, quid acciderit, aut quae fortuna tam sinistra vos adspexerit, qui, cum antea hostibus terribiles fuissetis et virga ferrea ab ipsis nominaremini, nunc timidi, degeneres parumque liberales simul omnes evasistis, et hostibus nullum ad vos devincendos conatum adhibentibus ultro tradidistis. Nec enim conflictu ullo nos superarunt, nec eo desperationis res nostrae ceciderunt, ut dubitemus, quonam tandem modo salvi simus, nisi nos hosti permiserimus. Atqui ego sic ab initio usque nunc me institui, ut nolim vos unquam deserere, sed vobiscum aut ex hoste devicto partam laudem utilitatemque dividere, aut, si vinci contigerit, quod ingenuis et generosis pulcrum est, in acie mortem occumbere. Si ergo veteris gloriae memores malis non cedere, sed contra audentius ire, nec tamquam mancipia perculsi, incruentam hostibus victoriam dare volueritis, vestrae dignitati, ut aequum est, consuletis. Sin cognationis vestrae miseratio tantopere animos occupavit, ut pro iis vel foedissima et abiectissima pati cogitetis, nihil attinet ita se dubios gerere affligique ac tumultuari; sed dicto vale, aperte quo voluntas fert abire. Nam ut repugnantes ad nobis serviendum non traximus: sic modo,

A.C 1342 λύσομεν, εἰ μὴ ἑκόντες ὄντες αἱρεῖσθε τὴν μεθ' ἡμῶν διατριβὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀπόντας τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν ὑμᾶς διατηρήσομεν φιλίαν. ὁρῶ γὰρ, ὡς οὐ διὰ κακίαν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν οἰκείων μαλακισθέντες μνήμης, καὶ ἃ μὴ οἴεσθε λυσιτελεῖν, πράττειν ἀναγκάζεσθε." τοιαῦτα εἰπόντος βασιλέως, καὶ αὐτοὶ πολλὰ ἑαυτοῖς καταμεμψάμενοι φανερῶς, ὡς διὰ τῶν οἰκείων τὴν συμπάθειαν δειλοῖς καὶ ἀγεννέσι παρ' ἀξίαν φαινομένοις, ἔπειτα καὶ σωτηρίαν ἐπευξάμενοι καὶ δεηθέντες μηκέτι μέλλειν, ἀλλὰ πρόνοιάν τινα ποιεῖσθαι ἑαυτοῦ,
B ὅποι ὁ θεὸς ἡγοῖτο, ἀνεχώρουν, προσαγορεύοντες καὶ ἀσπαζόμενοι τὸν βασιλέως πόδα. ἐκεῖνος δὲ μηκέτι ἀναμίγνυσθαι ἐκέλευε τοὺς ἀπιόντας τοῖς ὑπολειπομένοις, ἵνα μὴ ταραχὴ καὶ σύγχυσις ᾖ, ἀγνοουμένων τῶν μενόντων· ἀλλὰ τὸ ὑπ' αὐτὸν τάγμα ἀκέραιον διαμεῖναν, (οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἐλειποτάκτησεν,) ἄπωθεν στὰν πρὸς ἐκεῖνο τοὺς μενοῦντας χωρεῖν. αὐτίκα τε οἱ μὲν ἐχώρουν πρὸς τὸ τάγμα· οἱ λοιποὶ δὲ παριόντες ἕκαστος καὶ προσαγορεύοντες βασιλέα, ἀπηλλάττοντο. ὁ δ' ὥσπερ οὐδενός τινος γινομένου καινοῦ, ἵστατο ἀντασπαζόμενος τοὺς παριόντας, οὐδὲ ἴχνος γοῦν τι λύπης ἢ ταραχῆς φαίνων ἐν τῷ προσώπῳ. ἀπέστησαν δὲ οὐχ οἱ ἐκ Θεσσαλονίκης μόνον καὶ Βυζάντιοι καὶ ἄλλοι ὅσοι πόλεων ἑτέρων ἦσαν πολῖται, οἷς πρόφασις εὐπρεπὴς οἱ οἰκεῖοι ἦσαν, ἀλλὰ
C καὶ τῶν Διδυμότειχον οἰκούντων οὐ στρατιῶται μόνον, ἀλλὰ

2. ἀπιόντας fortasse. 10. ὁ add. M.

διὰ τὸ τοὺς ὁμοφύλους ἀνῃρῆσθαι, αὐτοί τε ἐσπούδαζον
ἀποκτείνειν, καὶ πρὸς βασιλίδα συχνὰς ποιούμενοι πρεσβείας P. 391
ἐκδοθῆναι σφίσι τὸν Φακεωλάτον ᾔτουν, εἰ μὴ βούλοιτο πολε-
μίους ἔχειν. βασιλὶς δὲ Φακεωλάτον τε προΐεσθαι μὴ βουλομέ-
νη, (ἦν γὰρ τότε καὶ αὐτὸς τῶν ᾑρημένων ἄρχειν καὶ μυστικῷ
τῷ Κιννάμῳ καὶ Ἀσάνῃ τῷ πανυπερσεβάστῳ συμπράττων
πρὸς τὸν κατὰ βασιλέως πόλεμον,) τό,τε Λατίνοις πολεμεῖν
οὐ λυσιτελεῖν αὐτῇ νομίζουσα πρὸς τὴν ἀρχὴν, οὔτ' ἀπέ-
πεμπε φανερῶς, ὡς ἄδικα πρεσβεύοντας, οὔτ' ἐνεδίδου τι
κατὰ Φακεωλάτον πράττειν, ἀλλ' ἠπίως πως καὶ προσηνῶς V. 551
ἠβούλετο διαλύειν τὴν διαφοράν. καὶ Λατίνοις μὲν ἔφασκεν
ἀποκρινεῖσθαι πρότερον καλῶς περὶ ὧν ἀξιοῦσι διασκεψαμέ- B

22. τε M. pro πῶς.

cetera in postremis ponere: et opinatus, si quo modo Cantacuzenus principatum adipisceretur, Romanos praeteritarum calamitatum immemores fore, et imperium continentibus bellis tantopere attritum divexatumque aliquando recreatum iri, haec, inquam, intelligens, aliosque non paucos eadem sententia secum devinciens, id agebat, ut Byzantium sub potestatem imperatoris veniret, et Selybriam eidem suam mentem significabat. Qui quod agerent, probabat, quaeque peterent, omnia se praestiturum promittebat. Latini apud Galatam in Phaccolatum, ut diximus, odio capitali ardebant, quod homophylos occidisset, ipsumque spiritu privare cupientes, crebro ab imperatrice deposcebant, hostes futuri, ni impetrassent. Augusta Phaceolatum abiicere nolens, (erat enim tum ipse quoque de collegio archontum et cum Cinnamo mystico atque Asane panhyperse-basto ad Cantacuzenum bello persequendum incumbebat,) et cum Latinis belligerare sibi ad imperii incolumitatem haud quidquam commodaturum providens, nec manifeste legatos dimittebat, quasi iniqua peterent, nec mollescebat, ut Phaceolatum laederet, sed clementer ac benigne volebat controversiam decidere: et Latinis se

A.C. 1346 νην. Φακεωλάτῳ δὲ ἐκέλευε πρόνοιαν αὑτοῦ ποιεῖσθαι, μὴ ὑπὸ τῶν Λατίνων ἐπιβουλευθῇ ἡμέρας ἢ νυκτὸς ἐπιθεμένων. ὁ μὲν οὖν αὐτίκα περιέστησεν ἑαυτῷ φρουρὰν, καὶ ὑπωπτεύετο παρ' οὐδενὸς, ὁμοίως ἐν βασιλείοις καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν περιιὼν ὁπλίτας ἔχων περὶ ἑαυτόν. ὁ δὲ ἀχθόμενος καὶ πρότερον ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ πολέμου συμβαίνουσι κακοῖς, καὶ μεγάλῳ μὲν δουκὶ καὶ πατριάρχῃ πολλὴν συνειδὼς ἀγνωμοσύνην περὶ Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα καὶ συκοφαντίαν, ἐκεῖνον δὲ τὰ ἔσχατα ἠδικημένον καὶ δικαιότε-
C ρον ὄντα τῶν ἄλλων μᾶλλον τοῖς πράγμασιν ἐφεστηκέναι, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν περισχόντων φόβων, τό, τε κοινῇ λυσιτελοῦν καὶ αὐτῷ ἰδίᾳ συνιδὼν, ἐσκέπτετο καὶ αὐτὸς τὴν εἰς Βυζάντιον εἴσοδον συμπράττειν βασιλεῖ, ὡς μόνην ταύτην πολλῶν ἀπαλλαγῆς κακῶν αἰτίαν ἐσομένην. πυθόμενος δὲ καὶ περὶ Τζυράκη, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ βούλοιτο, συνῆλθόν τε εἰς λόγους καὶ συνέθεντο κοινῇ τὴν πόλιν βασιλεῖ παραδιδόναι. καὶ πέμψαντες αὖθις ἐδήλουν βασιλεῖ, ὡς καὶ Φακεωλάτος πρόσθοιτο τοῖς πράττουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ ἀξιόλογόν τινα ἐλθεῖν πρὸς βασιλέα, ὥστε συνθέσθαι τὸν χρόνον, ἐν ᾧ δεήσει αὐτόν τε παρεῖναι καὶ τὴν ἅλωσιν ἐκείνους πράττειν, ἔδοξε σκεψαμένοις τὸν Μικρο-
D κέφαλόν τινα πέμπειν. καὶ μεταπεμψάμενοι τῶν τε ἀποῤῥήτων ἐποιοῦντο κοινωνὸν, καὶ παρῄνουν αὐτομολεῖν πρὸς

16. συνῆλθέν M.

responsuram aiebat, si prius eorum postulata apud animum bene perpendisset. Phaceolatum interea monebat, videret etiam atque etiam, quomodo Latinorum insidias, quas ei diu noctuque pararent, effugeret. Ille statim custodes corporis sibi adhibuit. Et cum per palatium perque urbem armatos circum se habens ambularet, nulli tamen suspectus erat. Verum cum iam ante malis e bello exsistentibus ingemisceret, neque nescius esset, quanta improbitate, quibus calumniis magnus dux et patriarcha Cantacuzenum ad extremas miserias devolvissent, quem iure oporteret prae aliis summum tenere imperium, illo autem tempore ob timorem, quo obsidebatur, clarius quid communi ac sibi privatim posset conducere, animadverteret, ipse similiter, quando haec una et sola via e multis malis emergendi relinqueretur, de imperatore in urbem recipiendo cogitavit. Ut porro accepit, Zyracem eadem moliri, cum eo collocutus et de civitate concorditer imperatori dedenda pactus est; cui denuo significarunt, etiam Phaceolatum ad ipsius partium studiosos accessisse. Ut autem e primariis quempiam ad eum mitti necesse fuit, cum quo de tempore decerneretur, quo veniret, ipsique urbem traderent, placitum est, re considerata, mittere quendam nomine Micro-

βασιλέα δῆθεν καὶ πάντα δῆλα καθιστᾶν, καὶ χρόνον συν- A.C. 1346 τιθέναι, καθ' ὃν ἐκεῖνον παρεῖναι δεήσει. ἐπεὶ δὲ ἐπείθετο πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν, Πετρογουργούρῳ τινὶ περὶ ναυτικὰ ἠσχολημένῳ, ἐπιτηδείῳ μάλιστα Φακεωλάτῳ ὄντι, τὴν Μικροκεφάλου πρὸς Σηλυμβρίαν ἀπαγωγὴν ἐπέτρεπον ἐκ θαλάττης, (ἐκεχειρία γάρ τις ἦν Σηλυμβριανοῖς πρὸς Βυζαντίους, καὶ ἀδεῶς ἐφοίτων πρὸς ἀλλήλους ἐμπορίας ἕνεκα, ὁμοίως τε παρόντος καὶ ἀπόντος βασιλέως,) ἐκ γῆς δὲ λῃστεῖαί τε ἦσαν P. 692 συνεχεῖς καὶ βαρβάρων ἔφοδοι, καὶ οὐδὲν δεινὸν ἦν, ὃ μὴ παρῆν, ἃ ἐποίει ἄπορον παντάπασι τὴν δίοδον. ἐκείνοις μὲν οὖν οὕτω Μικροκέφαλος παρεσκεύαστο πρὸς βασιλέα ἥξων. οὐ μὴν οὐδὲ οἱ ἐν Βυζαντίῳ ἄρχοντες ἠμέλουν, ἀλλ' ἐδόκει δεῖν κἀκείνοις πέμψασι διαφθείρειν τινὰς τῶν βασιλεῖ συνόντων, πολλὰ ἐκ βασιλίδος ἐπαγγειλαμένους. ἐδόκει δὴ καὶ αὐτοῖς σκεψαμένοις ὁ Μικροκέφαλος οὑτοσὶ πρὸς τὸ ἔργον εἶναι ἐπιτηδειότατος. καὶ αὐτίκα μετεκαλοῦντο καὶ διελέγοντο περὶ ὧν διενοοῦντο, εὖ ποιήσειν πολλὰ ἐπαγγελλόμενοι. ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἔδεισε πρὸς τὴν κλῆσιν, πεφωρᾶσθαι οἰηθεὶς B τοὺς πράττοντας τὴν ἅλωσιν. ἐπεὶ δὲ ᾐσθάνετο μηδὲν εἰδότας, ἐπηγγέλλετο τὸ προσταττόμενον ποιήσειν προθυμότατα. οἱ δὲ γράμματά τε παρείχοντο πρὸς οὓς ἐβούλοντο καὶ Πετρογουργούρῳ, πρὸς ὃν καὶ ὁ Φακεωλάτος, παρεδίδοσαν, ὡς ἀκατίῳ τινὶ ἀπάξοντι πρὸς Σηλυμβρίαν. ὃ καὶ μᾶλλον ἔδοξε

22. καὶ om. P.

cephalum, quem accitum secretorum faciunt conscium, suadentque ad imperatorem ultro confugiat, eique aperiens omnia de tempore adventus Byzantium cum eo conveniat. Microcephalus, negotio suscepto, Petrogurguro cuidam, naviculariam facienti et Phaceolato amicissimo, Selybriam deducendus committitur: erant siquidem induciae Selybrianis cum Byzantiis, ac mercimoniorum gratia aeque praesente, ut absente, imperatore inter se Commeabant. Nam continentem barbari incursabant ac depraedabantur assidue: nec ulla aberat malorum facies. Unde via omnimodis invia reddebatur. Sic illi Microcephalum ad imperatorem profecturum adornabant. Neque tamen archontes Byzantii dormiebant, quibus visum est propositis imperatricis nomine praemiis non vulgaribus mittere, ac nonnullos de imperatoris familiaribus morti offerre, cui operi, re circumspecta, Microcephalum accommodatissimum iudicabant. Quem advocantes, cogitata illi sua explanant et exquisita beneficia spondent. Is primum hoc accitu timere, ac de urbe tradenda laborantes deprehensos existimare. Verum ut negotii ignaros sensit, quod iubebatur, promptissime curaturum recepit. Tum illi litteras conscribunt ad quos volunt, cumque illis Petrogurguro Microcephalum, (cui et Phaceolatus eundem tradiderat,) lembo Selybriam perducendum committunt.

A.C. 1346 τοῖς περὶ Φακεωλάτον ὑπὸ τῆς προνοίας συνεσκευάσθαι. καὶ
προθυμότεροι ἦσαν πρὸς τὸ πράττειν, ἅτε δὴ συναιρομένου
καὶ τοῦ θείου. οὕτω μὲν οὖν Μικροκέφαλος παρεγένετό τε
πρὸς βασιλέα σὺν ῥᾳστώνῃ καὶ πάντα ἔπραξε τὰ παρὰ Φα-
κεωλάτου. βασιλεὺς δὲ συνθέμενος ἡμέραν, ἐν ᾗ ἔδει πρὸς
C τὴν χρυσῆν καλουμένην πύλην εἶναι νυκτὸς, (ἐκεῖθεν γὰρ
V. 552 ἐδόκει ῥᾴδιον εἰσάγειν εἶναι,) ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἀδριανοῦ, ἵνα
μηδεμίαν ὑποψίαν παρέχοιτο τοῖς ἄρχουσιν ἐν Βυζαντίῳ.

D ϛη'. Τούτων δὲ πραττομένων, αὐτομάτως καὶ ἡ βασι-
λὶς διετίθετο κακῶς πρὸς πατριάρχην, καίτοι παρὰ πάντα
τὸν τοῦ πολέμου χρόνον πολλὴν τὴν εὐμένειαν παρεχομένη
καὶ τὴν ῥοπὴν, ὡς ἄρχοντα ἀρχόντων εἶναι. αἰτία δὲ ἦν,
ὅτι μετὰ τὸ κεκινῆσθαι τὸν πόλεμον εὐθὺς φθονερῶς ὁ πα-
τριάρχης ἔχων πρὸς Παλαμᾶν, οἷα δὴ ὑπωπτευκὼς ἐφε-
δρεύειν αὐτῷ πρὸς τὴν καθέδραν τὴν ἀρχικὴν, ἐπεχείρει
κακουργεῖν. καὶ πρῶτα μὲν ἐκέλευε βασιλεῖ τῷ Καντακου-
ζηνῷ συμπολεμεῖν καὶ πρὸς τὰς ἐπιτιμήσεις καὶ τοὺς ἀφο-
ρισμοὺς συγκοινωνεῖν. ὡς δ' ἀπείπατο ἐκεῖνος φανερῶς πρὸς
τὴν τῶν ἀτόπων κοινωνίαν, συνιδὼν, ὡς οὐδὲν ἂν ἐκεῖνον
P. 693 βλάπτειν δύναιτο δημόσια ἐγκλήματα ἐπίσημον ὄντα δι' ἀρε-
τὴν καὶ φιλοσοφίαν, δυσσεβείας ἐδίωκε μεταβαλών. Ἀκιν-
δύνῳ γάρ τινι μοναχῷ μετὰ τὸ Βαρλαὰμ ἁπάσαις ἁλῶναι
ψήφοις, ἐναντία τοῖς ἁγίοις καὶ λέγοντα καὶ φρονοῦντα
περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ ὑγιοῦς, αὖθις τὰ ἐκείνου ἐκ-

Quod Phaceolatus divinae providentiae artificium interpretatus, velut ipso adiutante numine, ad opus conficiendum fiebat alacrior. Sic Microcephalus ad imperatorem iucunde profectus Phaceolati mandata omnia peregit. Imperator condicta die, qua ad auream portam noctu adesset, (inde enim facilis ingressus videbatur,) Adrianopolim, ne quam suspicionem archontibus moveret, concessit.

98. Interea etiam imperatrix sua sponte de patriarcha male sentire coepit, etsi belli tempore singulari eum studio et inclinatione animi fecerat, ut archontum princeps esset. Causa haec erat, quod, simul bellum esset natum, Palamam sibi ob cathedram patriarchalem insidiari suspicatus, ei ex invidia nocere contendisset. Nam primum quidem, ut Cantacuzenum una persequeretur et ad illius excommunicationem assentiretur, postulabat. Eo tam nefariam assensionem communionemque repudiante, perspiciens ille, virum virtute et sapientia conspicuum nihil laesura crimina publica, mutata ratione, impietatis ei dicam scripsit. Acindyno enim cuidam monacho, postquam Barlaamus omnibus calculis sanctorum scitis de recta et sana fide pugnantia docere et sapere convictus est, rursum illius causam in iudicium adducenti affirmantique iniuria damna-

δικοῦντι καὶ ἠδικῆσθαι φάσκοντι περὶ τὴν δίκην ὀρθὰ καὶ A. C. 1346 ἀληθῆ φρονοῦντα, Παλαμᾷ δὲ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν κακοδοξίαν ἐγκαλοῦντι, προσθέμενος καὶ ὁ πατριάρχης, (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ θεοῦ ἀπέσχετο διὰ τὸ πρὸς Καντακουζηνὸν τὸν βασιλέα ἔχθος, καίτοι γε αὐτὸς ὢν ὁ Βαρλαὰμ τῆς ποίμνης οἷα λύμην ἀπελάσας καὶ φθορὰν καὶ δίκην κατ' ἐκείνου πεποιημένος, ἔτι καὶ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ μακαρίου περιόν- B τος καὶ Βαρλαὰμ οὐ μόνον καταψηφισαμένου, ἀλλὰ καὶ γραφικαῖς ἀποδείξεσι καὶ ἀνάγκαις λογικαῖς ἀπελέγξαντος κακοδοξεῖν,) Παλαμᾶν τε ὁμοίως καὶ ὅσοι τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ περὶ τῆς πίστεως ἐφρόνουν, ἐν δεσμωτηρίοις εἶχε καὶ ἐκάκου ὅσα δυνατά· καὶ πόλεμον ἐκίνει κατὰ τῆς ἐκκλησίας τῷ βασιλικῷ παρόμοιον. δίκης γὰρ οὐδεμιᾶς οὐδ' ἐλέγχων, οὐδ' ἀποδείξεων δεόμενος, τῶν τε ἐπισκόπων οὐκ ὀλίγων καὶ τῶν λογάδων τῶν μοναχῶν κατεψηφίζετο ἐρήμην, καὶ πολὺς ἔπνει παρὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον κατὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐν τοῖς πράγμασιν οὐκ ὀλίγα συναιρομένων. ἑώρων γὰρ οὐδὲ τοῦτο τὸ μέρος ὀλίγα συναιρόμενον C πρὸς τὸν πρὸς βασιλέα πόλεμον. πᾶσι γὰρ ὁμοίως ἀδικεῖσθαι Καντακουζηνὸς ὁ βασιλεὺς ἐδόκει, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγον τὸ καταλύεσθαι τὸν ἀναῤῥιπισθέντα πόλεμον συγγενικὸν, ὡς αἴτιον ἐσόμενον πολλῶν κακῶν· ἃ τοῖς ἄρχουσιν οὐ λυσιτελεῖν οὔτε πρὸς βασιλίδα, οὔτε πρὸς ἄλλους Ῥωμαίους ἀκούεσθαι ἐδόκει. πολλὴν μὲν οὖν κατὰ τὸν τοῦ πολέμου χρόνον κατὰ

14. ἀποδείξεως P.

tum esse, cum recte ac vere sentiret: Palamam autem et socios de prava religione accusanti, assentiens patriarcha, (neque enim vel Deo parcebat propter odium, quo in Cantacuzenum ardebat: tametsi ipse, Palamas inquam, Barlaamum velut pestem ac perniciem gregis repulerat, illique actionem intenderat, adhuc vivo beatae memoriae Andronico imperatore, nec solum condemnarat, sed et probationibus e sacra scriptura et ratione conclusis ac necessariis demonstrationibus perversi erroris redarguerat,) eum et quicunque eandem de fide tuebantur sententiam in carcere detinebat, quantumque poterat affligebat: ac bellum imperatorio simile contra ecclesiam commovebat. Nec enim iudicium ullum nec argumentorum firmamenta requirens, multos episcopos et praecipuos de monachis indicta causa damnabat, ac per omne belli tempus spirabat contra pietatem ferociter, archontibus eius amentiam non parum adiuvantibus, quod et istuc bello adversus Cantacuzenum momento haud mediocri futurum cernerent. Omnibus namque aequaliter cum Cantacuzeno inique agi videbatur: et bellum civile, ut multarum calamitatum fontem, restingui studebant: id quod archontes non ex-

A.C. 1346 τῶν μὴ τὰ Ἀκινδύνου ᾑρημένων τὴν μανίαν ἐπεδείκνυτο ὁ
πατριάρχης ὁμοίως κατά τε μοναχῶν καὶ ἐπισκόπων. ἡ βα-
σιλὶς δὲ ἀνήκοος μὲν οὐ παντάπασι τῶν τολμωμένων ἦν·
D ᾤετο δὲ τοὺς μοναχοὺς διὰ τὸ τὰ Καντακουζηνοῦ ᾑρῆσθαι
τοιαῦτα ὑπομένειν. ἐπεὶ δὲ ηὔξητο ἐπὶ μέγα τὸ κακὸν, ὅσοι
V. 553 τῶν ἐπισκόπων μὴ καὶ αὐτοὶ διεφθαρμένοι ἦσαν ἐν τοῖς δό-
γμασι, τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην γράμμασιν ἐποίουν βασιλίδι
δῆλα, καὶ πολλὴν τὴν κακοήθειαν καὶ τὴν διαστροφὴν τῶν
ὀρθῶν δογμάτων ἐνεκάλουν. ἡ δὲ, ὡς ἐπύθετο μόνον, οὐ
πρὸς ἀναβολὰς ἐχώρησεν, οὐδὲ ὀλίγης ἄξια φροντίδος ἡγή-
σατο εἶναι τὰ περὶ θεοῦ, ἀλλὰ πᾶσαν ἄλλην σπουδὴν ἐν
δευτέρῳ τιθεμένη, ἑνὶ τούτῳ προσεῖχε μόνῳ, τῇ ἐκκλησίᾳ
P. 694 κακῶς πασχούσῃ καὶ πολεμουμένῃ στῆσαι τὸ κακόν. καὶ
τοὺς ἐπιφέροντας τὴν γραφὴν μεταπεμψαμένη ἐπισκόπους,
ἐπεὶ δεινὰ ἤκουε κατηγορούντων, ἐδόκει δεῖν σύνοδον ἐκ τῶν
ἐνόντων συναθροίζειν καὶ τὸν πατριάρχην καλεῖν πρὸς τὴν
ἀπολογίαν. ἐγένοντο μὲν οὖν ἐν βασιλείοις οἱ ἐπίσκοποι, κε-
λευούσης βασιλίδος, πλὴν τῶν ὅσοι ἦσαν φανερῶς τὰ Καντακου-
ζηνοῦ τοῦ βασιλέως ᾑρημένοι. ἐκεῖνοι γὰρ ἀπρόϊτοι ἐν οἰκήσεσι
κατεκλείοντο· πλὴν καὶ ἀπόντες τὴν γνώμην, ἣν ἔχουσι περὶ τοῦ
πράγματος, ἐδήλουν. ἡ σύνοδος δὲ, προκαθημένης βασιλίδος
B καὶ τοῦ υἱοῦ βασιλέως, τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων ἐποιεῖτο.

Ϟθ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, ἐκ Σηλυμβρίας τις ἐλθὼν

pedire, nec de eo imperatrici aliisque Romanis audiendum putabant. Itaque per annos illos belli patriarcha contra Acindyni adversarios egregie insaniebat: nempe contra monachos et episcopos. Imperatrix autem tam audax scelus non omnimodis nesciebat, verum monachos propter Cantacuzeni partes ista pati opinabatur. Ceterum malo in maius adaucto, quotquot episcoporum sinceritatem dogmatum retinebant, sensum suum adversus patriarcham per litteras imperatrici explicaverunt eiusque insignem malignitatem et perversas de fide opiniones accusarunt. Quae simul cognovit, non distulit, neque res divinas parum cordi habendas censuit, sed cetera omnia in posterioribus ponens, in hoc solo vigilavit, ut aegram et oppugnatam ecclesiam in integrum restitueret. Accersensque accusatores episcopos, ut magni criminis reum facientes audivit, synodum e praesentibus congregandam, et patriarcham ad sui defensionem advocandum duxit. Coierunt igitur ab Augusta vocati in palatium episcopi praeter eos, qui aperte Cantacuzeno patrocinabantur: nam illi in aedibus inaccessi tenebantur. Nihilo minus, quamvis absentes, sententiam suam scripto demonstrarunt. Synodus porro, imperatrice ac filio imperatore praesidentibus, dogmata discutiebat.

99. Interim Selybria quidam nuntius adest, ea nocte Canta-

ἐμήνυεν, ὡς ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἐγγὺς εἴη Βυζαντίου τειχῶν A.C. 1347
ὁ Καντακουζηνὸς, ὃ φυλάξασθαι δέον βασιλίδα. ἰσχυρίζετό
τε σαφέστατα εἰδέναι παρὰ τῶν τὰ ἀπόῤῥητα κοινωνούντων C
αὐτῷ πεμφθείς. βασιλὶς δὲ ἐπεὶ ἐπύθετο, ἀπάτην εἶναι οἰ-
ηθεῖσα ὑπὸ τῶν πατριάρχου φίλων συνεσκευασμένην, ἵν',
αὐτῆς πρὸς τὴν ἀγγελίαν θορυβηθείσης, τὸ δοῦναι δίκην
ἐκεῖνος διαδρῴη ἐφ' οἷς ἐτόλμησε κατὰ θεοῦ, οὐκ ἔφη ἀνα-
στήσεσθαι, εἰ καὶ σαφῶς εἰδείη ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ Καντα-
κουζηνὸν ἐσόμενον ἐντὸς τειχῶν. ἡ μὲν οὖν τοιαῦτα ἀπε-
φθέγξατο μὴ εἶναι ἀληθῆ τὴν ἀγγελίαν οἰηθεῖσα. τὸ δὲ ἦν
ἄρα ἀληθές· ὡς γὰρ ἐκ Σηλυμβρίας μετὰ τὸ προθεσμίαν
συνθέσθαι πρὸς τοὺς πράττοντας τὴν ἅλωσιν, ἐν ᾗ αὐτόν τε
παρεῖναι ἔδει κἀκείνους τὴν χρυσῆν πύλην διορύττειν ἀπῳ-
κοδομημένην, εἰς Ἀδριανούπολιν ἀπῆρε, τὸ κάλλιστον ἀπο- D
λεξάμενος τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ χιλίους ὄντας, ἵνα μὴ κατάφω-
ρος εἴη ἐπαγόμενος πολλούς· καὶ διὰ τῶν ἀοικήτων καὶ ἀ-
τριβῶν ὁδεύσας ὑστέρησε μὲν τῆς προθεσμίας ὑπό τινος
ἀνάγκης κωλυθεὶς ἡμέρᾳ μιᾷ· καὶ πολλοῖς ἐπάλαιε λογισμοῖς,
δεδοικὼς, μὴ διορύξαντες οἱ τὰ ἐκείνου πράττοντες κατὰ τὸ
σύνθημα τὴν πύλην, αὐτὸς μὲν ἀπῇ, ἐκεῖνοι δὲ ὑπὸ τοῦ δή-
μου διαφθαρῶσιν ἁλόντες ἐπ' αὐτοφώρῳ. καὶ ἐδυσχέραινεν
οὐκ ἀνεκτῶς οὐ μόνον διὰ τὴν ἀποτυχίαν Βυζαντίου, ἀλλ' P. 695
ὅτι καὶ τῶν φίλων ἔμελλεν οὐκ ὀλίγους ἀπολεῖν. ὅμως δὲ

cuzenum ante moenia Byzantii affuturum, cui malo Augustam occurrere oporteat: affirmabatque, id se exploratissime nosse, utpote missum ab iis, quibuscum ipse arcana sua communicaret. Imperatrix rata fraudem ab amicis patriarchae fabricatam, ut, ipsa ad nuntium consternata, ille supplicium admissae in Deum impietatis evaderet, non se loco discessuram asseverabat, quamvis plane sciret, ea ipsa nocte Cantacuzenum intra moenia fore. Haec illa, cum falsum apportari nuntium arbitraretur, qui erat utique verissimus. Ut enim cum illis, a quibus ad urbem capiendam adiuvabatur, diem constituit, quo die et ipse adesset et illi auream portam obstructam perforarent, Selybria Adrianopolim discessit cum amplius mille e toto exercitu delectis militibus, (ne proderetur videlicet, si magnam multitudinem duceret,) perque deserta et avia iter faciens, necessitate quadam praepeditus, die uno tardius venit, quam praefinitum erat: cum interea cogitationibus distraheretur metuens, ne pars eius, ipso adhuc absente, ex conventis portam perfosso muro aperiens, flagrante delicto a populo necaretur: dolebatque incredibiliter, non solum quod Byzantio frustraretur, sed etiam quod bonum numerum amicorum amissurus esset. Attamen non funditus abiecta spe, eodem gradiebatur. Amici et ipsi necessitate quadam

A.C. 1347 οὐ παντάπασι τῶν ἐλπίδων ἀπογνοὺς ἐχώρει ἐπὶ τὸ Βυζάντιον νυκτός. οἱ προδιδόντες δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπό τινος ἀνάγκης κωλυθέντες τοῖς τείχεσιν ἐπιχειρεῖν κατὰ τὴν προθεσμίαν, εἰς τὴν ὑστεραίαν, καθ' ἣν ἐν βασιλείοις ἡ κατὰ πατριάρχου V. 554 σύνοδος συνεκροτεῖτο, διώρυττον τὴν χρυσῆν πύλην συνελθόντες ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ σάλῳ ὄντες καὶ αὐτοί. ἐδεδίεσαν γὰρ, μὴ τῇ προγεγενημένῃ νυκτὶ ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ τῶν συντεθειμένων ἠνυσμένων εὑρηκὼς μηδὲν, αὐτὸς μὲν αὖθις ἀνεχώρησεν, αὐτοὶ δὲ ὑφ' ἑαυτῶν καταπροδοθέντες διαφθαρῶσιν. B ὅμως οὐδ' αὐτοὶ τὰς τοῦ σώζεσθαι ἐλπίδας ἀπογνόντες διώρυττον τὴν πύλην· ἦσαν γὰρ σύστημα οὐκ ἀγεννὲς ἐκ πεζῶν τε καὶ ἱππέων, καὶ ἐθάῤῥουν σφίσιν ἑαυτοῖς, ὡς ἀμυνουμένοις, ἄν τις ἐπίῃ. κἂν διορύξαντες μὴ εὕρωσι παρόντα τὸν βασιλέα, πρὸς αὐτὸν ἀποχωρεῖν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαύτῃ γνώμῃ διώρυττον. ἡ δὲ ἐν βασιλείοις σύνοδος, ἐπεὶ ἐκ πολλῶν ἀπεδείκνυ πατριάρχην αὐτόν τε περὶ τὰ ὀρθὰ τῆς ἐκκλησίας δόγματα ἔχοντα οὐχ ὑγιῶς καὶ τοὺς ἄλλους ἀναγκάζοντα ἐκείνῳ συμφρονεῖν, γνώμῃ κοινῇ καθαίρεσιν C αὐτοῦ καταψηφίζονται. δι' ἃ δὴ καὶ μάλιστα ἔδοξεν ὕστερον βασιλεύς τε καὶ οἱ πράττοντες τὴν ἅλωσιν συνελθεῖν κατὰ τὴν προθεσμίαν κωλυθῆναι, ἵνα μὴ μνησικακῶν αὐτὸς δοκοίη τῶν θρόνων καθαιρεῖν· ἀλλ' ἀκριβῶς εἴη τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς διαστροφῆς εὐθύνη. οἱ μὲν οὖν ἀρχιερεῖς, ἐπεὶ ταῦτα ἔπραξαν, καὶ τῶν ἀπόντων διὰ τὸ ὑποπτεύεσθαι ἀρ-

7. προγενομένῃ P.

illo die retardati, die altero, quo in palatio contra patriarcham conventus agebatur, convenientes portam auream cum trepidatione et anxia cura aperiunt. Timebant siquidem, ne praecedente nocte veniens imperator et ex pactis nihil dum factum inveniens, recessisset, ipsique proditi eius causa neci dederentur. Tamen nec ipsi salutem in desperatis ducentes portam perrumpunt: erat enim peditum equitumque haud contemnendum agmen, et si qua vis ingrueret, se defendere illam posse confidebant. Si perfossa porta imperatorem non invenirent, ad eum abire statuebant. Hac mente opus inceptant. Synodus autem in palatio, postquam copiose docuit, patriarcham ipsum in germanis ecclesiae dogmatis desipere et alios ad sibi assentiendum cogere, concordibus eum sententiis exauctoravit. Quam ob causam maxime imperatorem et qui urbi ab eo capiendae studebant die praestituto convenire fuisse prohibitos, postea iudicatum est: ne scilicet imperator iniuriarum memor de throno illum deturbasse videretur: sed ut cum propter adulteratam doctrinae veritatem has poenas pendere omnes perspicue intelligerent. Episcopi cum suffragiis aliorum episcoporum, qui, ut

χιερέων συνεπιψηφισαμένων, ἀνεχώρουν ἕκαστος πρὸς τὰς A.C. 1347 οἰκήσεις ἤδη πόῤῥω νυκτῶν. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ παρῆν, τῶν ἔνδον τὰ ἐκείνου πραττόντων τὴν χρυσῆν διορυξάντων πύλην, εἰσήλαυνεν οὐδενὸς ἀνθισταμένου, ἀλλὰ δι' εὐφημίας αὐτὸν ἀγόντων παντὸς τοῦ δήμου, καὶ τοῖς τε στρατιώταις ἀπεῖπε μὴ χωρεῖν πρὸς ἁρπαγάς· καὶ τὸν δῆμον ἐκώλυεν ὅσα δυνατά. ὅθεν οὐδὲ ἐγένετό τις κίνησις ἐπὶ τοὺς δοκοῦντας D ᾑρῆσθαι τὰ βασιλίδος, πλὴν εἴπου τινὰς αὐτῶν ἐζημίωσαν οἱ γείτονες. καὶ τῶν στρατιωτῶν δὲ ὀλίγοι ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν πολεμίων, βασιλέως μὴ εἰδότος, ἐπελθόντες ἐποιήσαντό τινα μετρίαν ἁρπαγήν. βασιλεὺς δὲ ἄχρι τῆς Πορφυρογεννήτου καλουμένης οἰκίας προελθὼν, πρῶτα μὲν ἐκέλευε μηδένα χωρεῖν κατὰ τῶν βασιλείων, ἀλλὰ ἀτρεμεῖν, ὡς αὐτὸς διαθησόμενος τὰ κατὰ βασιλίδα ᾗ δοκεῖ ἔχειν ἄριστα. ἐπεὶ δὲ διέφαινεν ἤδη ἡμέρα, διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἐβάδιζεν ἐπὶ θεομήτορος τὸ τῆς Ὁδηγητρίας τέμενος, τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῆς νίκης ἀποδώσων P. 696 τῇ μητρὶ τοῦ θεοῦ. αὖθις δὲ διὰ τῆς αὐτῆς ἐπανήκων ἐπὶ τὴν τοῦ Πορφυρογεννήτου κατέλυσεν οἰκίαν. βασιλὶς δὲ ὡς εἶχε τά τε βασίλεια ἠσφαλίζετο, τοῖς οἰκείοις καὶ μάλιστα δοκοῦσιν εὔνοις ἐπιτρέπουσα τὴν φυλακήν. καὶ ἐκ τῶν ἐν Γαλατᾷ βοήθειαν μετεκαλεῖτο. οἱ δὲ αὐτίκα ἦσαν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ ὥρμηντο προθύμως βοηθεῖν· τριήρεις τε πληρώσαντες, ὅσαι ἦσαν, αὐθωρὸν καὶ λέμβους ἐφοπλίσαντες πρὸς

suspecti, in consilium adhibiti non fuerant, his ita peractis, multa iam nocte in sua quisque tecta recesserunt. Imperator ubi affuit, et eius factio intus aditum per portam auream patefecit, resistente nemine, cum totius populi applausu et gratulatione urbem ingressus est, militibusque interdixit, ne ad cives diripiendos discurrerent: et quantum potuit, idem plebi vetuit. Ita in pace fuerunt qui ab Augusta stabant: nisi si forte quidam a vicinis multati sunt, et milites aliquot in domus hostium, imperatore ignorante, penetrantes praedas mediocres fecerunt. Imperator usque ad aedes Porphyrogeniti appellatas cum processisset, edixit, ne quis contra palatium tenderet, sed quieti manerent: se quod optimum censuisset, de imperatrice constituturum. Die iam terris reddita, per medium forum ad Deiparae Hodegetriae templum, debita eiusdem adoratione, ac de praestita victoria gratiarum actione functurus petivit: eademque via rediens in Porphyrogeniti domum divertit. Augusta, ut potest, palatium communit: domesticis et quorum benevolentiae plurimum fidebat custodiam committit: a Galataeis item auxilium accersit: qui repente ad arma convolantes subsidio ferendo alacriter se comparant, eademque hora impletis quotquot in promptu

A.C. 1347 τὰ βασίλεια ἐπεραιοῦντο. ἀντιταξάμενοι δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν
μετὰ βασιλέως στρατιωτῶν τινες, ἅμα καὶ τοῦ δήμου προσ-
επιβοηθοῦντος, οὐκ εἴων τῇ γῇ προσχεῖν, ἀλλ' ἀπεπέμποντο
B βάλλοντες συχνοῖς τοῖς βέλεσιν. ὁρῶντες δὲ καὶ ἐκεῖνοι, ὡς
οὐκ ἀντισχήσουσι πρὸς τοσούτους, (πρότερον γὰρ ᾤοντο ὑπὲρ
βασιλίδος αὐτοῖς καὶ τὸν δῆμον συμπροσθήσεσθαι,) ἀνεχώ-
ρουν τε καὶ οὐκέτι ὕστερον ἐπεβοήθουν. βασιλεὺς δὲ κατ'
ἐκείνην τὴν ἡμέραν μηδὲν πλέον μήτε πράξας, μήτε εἰπὼν,
εἰς τὴν ὑστεραίαν τούς τε ἐπισκόπους, ὅσοι ἦσαν, μεταπεμ-
ψάμενος ἐν Βυζαντίῳ καὶ τῶν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένων τῆς
ἐκκλησίας τοὺς μάλιστα ἐν λόγῳ, πρῶτον μὲν περὶ τῶν κατὰ
V. 555 τὸν πόλεμον συμβεβηκότων διειλέχθη, ὡς οὔτε ἐξαρχῆς ἕλοιτο
αὐτὸς, οὔτε τοῖς βασιλέως ἐπιβουλεύσειε παισὶν, ὥσπερ ὑπὸ
C τῶν συκοφαντῶν κατηγορεῖτο, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων διὰ φθόνον
κεκινημένου ἐπιβουλευσάντων, ἀναγκαίως τῆς αὐτοῦ καὶ τῶν
συνόντων σωτηρίας ἕνεκα ἠμύνετο. εἰς ἀνάγκην δὲ ἐλθὼν
καὶ βαρβάροις χρήσαιτο συμμάχοις, Μυσοὺς καὶ Τριβαλοὺς
καὶ αὐτοὺς τοὺς βαρβάρους ἐκείνων ἐπαγόντων. καὶ τῆς γε-
γενημένης φθορᾶς καὶ αἰχμαλωσίας τῶν Ῥωμαίων ἐκείνους
ἀπεδείκνυεν αἰτίους. ἔπειτα καὶ τῶν γιγνομένων ἐποιεῖτο
μάρτυρας, ὡς αὐτὸς μὲν οὔτε πρότερον, οὔτε νῦν δυσχερές
τι περὶ βασιλίδος διανοοῖτο καὶ τῶν παίδων, ἀλλ' ὅσα μάλιστά
ἐστι πρὸς σωτηρίαν καὶ λυσιτέλειαν τῆς ἀρχῆς. ἂν δ' ἐκείνη

erant triremibus et lembis armatis, ad palatium traiiciunt. Sed eos nonnulli de militibus imperatoris, populo adiuvante, crebris iaculis ad terram appellere prohibebant. Videntes Galataei, se contra tantam multitudinem invalidos, (speraverant enim, populum pro imperatrice tuenda ad ipsos accessurum,) retro abeunt: nec deinde subsidio venire audent. Imperator die illo nihil praeterea nec fecit, nec locutus est. Sequenti episcopos, quicunque Constantinopoli reperiebantur, et cleri principes cogit: ac primum quidem de iis, quae bello accidissent, disserit, quod neque a principio ipse suscitarit, neque liberis imperatoris, (quemadmodum eius obtrectatores garriant,) insidias molitus sit. Sed cum illi capiti suo insidiantes ex invidia illud excitassent, facere non potuisse, quin pro sua suorumque salute propugnaret, et barbarorum quoque auxilia, quoniam necessitas ita flagitaret, sibi adiunxisse: quando et ipsi Moesos ac Triballos similiter barbaros induxerint. Quod autem tanta labes facta, tot Romanorum capti sint, eos in causa esse docet. Tum ex ipsis actis testimonium affert, se nec alias, nec in praesens adversus Augustam eiusque liberos quidquam hostile meditatum esse, aut meditari, sed quaecunque imperio salutaria inprimis forent atque utilia. Sin illa inimicum retineat animum, et resi-

ἔτι τὴν προτέραν δυσμένειαν ἐνδεικνυμένη, ἀνθίστασθαι ἐπι- A.C. 1347
χειροίη καὶ σώζειν ἑαυτὴν καὶ τέκνα διὰ τοῦ πολέμου, μὴ D
αὐτῷ προσλογίζεσθαι τὴν αἰτίαν, εἴ τι περὶ αὐτὴν καὶ τέ-
κνα συμβαίη δυσχερές. οὐ γὰρ αὐτῷ λυσιτελεῖν δοκεῖν, οὐδὲ
ἄλλως σῶφρον, ἐᾷν αὐτὴν ἐν βασιλείοις καθημένην, τὸν πό-
λεμον αὖθις τὸν συγγενικὸν ἀνακινοῦσαν, καὶ περιορᾷν τοὺς
ὑπολειπομένους Ῥωμαίους ὑπ' ἀλλήλων διαφθειρομένους. ἀλλ'
εἰ μὴ πείθοιτο χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, αὐτὸν μὲν περὶ
αὐτῆς οὐδὲν βουλεύσεσθαι δεινόν· δεδοικέναι δὲ μὴ, συμ-
πάντων ὡρμημένων ἐπ' αὐτοὺς, μὴ δύνηται αὐτὸς ἀνέχειν
τὴν ὁρμὴν, ἀλλά τι τολμηθῇ περὶ αὐτοὺς τῶν ἀνηκέστων. P. 697
ἔπειτα τὸν τῆς Φιλίππου μητροπολίτην ἀπολεξάμενος καὶ Κα-
βάσιλαν τὸν σακελλίου, οἳ καὶ πρότερον εἰς Διδυμότειχον
ἧκον πρὸς ἐκεῖνον πρεσβευταὶ, ἔπεμπε πρὸς βασιλίδα. ἡ πρε-
σβεία δὲ ἦν περὶ εἰρήνης. καὶ πρῶτα μὲν πολλὰς ὡμολόγει
χάριτας θεῷ, ὅτι πρὸς ταύτην ἤγαγε τὴν ἡμέραν, ἣ λαμ-
πρότερον ἡλίου πᾶσι δύναται καταφανῆ ποιεῖν καὶ τὴν μο-
χθηρίαν τῶν σεσυκοφαντηκότων καὶ τὴν ἀπέχθειαν πρὸς τὰ
καλὰ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρός τε τοὺς βασιλέως παῖδας ἐξαρ-
χῆς ἄχρι νῦν ἐπιείκειαν διασεσωσμένην, καὶ τὸ μηδὲν ἀγεν-
νὲς, μηδὲ ἀνάξιον τῆς βασιλέως πρὸς αὐτὸν φιλίας μετὰ τὴν B
ἐκείνου τελευτὴν φανῆναι διαπεπραγμένον. ἔπειτα συνεβού-
λευε χωρεῖν πρὸς τὰς συμβάσεις, καὶ μὴ κεναῖς ἐλπίσιν

stere seque cum filiis armorum vi defendere nitatur, ne sibi adscribat, si quid ipsi et filiis eius odiosius contigerit. Non enim conducibile, neque cum prudentia coniunctum videri, illam in palatio sedentem, et inter cives cognatosque bellum redintegrantem relinquere, Romanorum vero reliquias mutuo se devorantes negligere. Sed si ad conditiones descendere nolit, se quidem in eam durius nihil decreturum: metuere autem, ne simul omnibus suis in ipsam et qui cum ipsa sunt irruentibus, ipse eorum impetum compescere nequeat, et aliquid patiatur eiusmodi, quod medicinae faciendae locum nullum relinquat. His dictis delecto metropolitano Philippopolis et sacellii curatore Cabasila (qui et prius Didymotichum legati venerant) ad eam de pace illos mittit. Ac primum quidem immensas Deo gratias agit, quod diem aspexisset, qui sole clarius et calumniatorum suorum scelus atque odium honestatis, et imperatoris liberis ab initio hucusque a se praestitam aequitatem ac moderationem, et nihil illiberale aut indignum imperatoris Andronici amicitia post illius obitum a se designatum possit ostendere. Deinde suadet, ut pacis conditionibus se submittat: nec vana spe suspensa, aut etiam ab optimatibus suis decepta, adhuc armis contra eundum putet: neque enim aliunde externum ipsi exspectandum

A.C. 1347 αἰωρουμένην ἢ καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἐξαπατωμένην, οἴε-
σθαι ἀντισχήσειν ἔτι πρὸς τὸν πόλεμον. οὔτε γὰρ ἔξωθέν
ποθεν ἥξειν χρὴ συμμαχίαν προσδοκᾷν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ
ἔστιν οὐδεὶς, ὃς ἀφίξεται ἐπικουρήσων, ἔκ τε τῶν παρόντων
ἐλπὶς οὐδεμία σώζεσθαι, τοῦ φρουρίου μὲν καὶ χρόνου τινὸς
καὶ ἀναλωμάτων δεομένου καὶ ὑλῶν πρὸς ἐπισκευὴν, ἃ οὐκ
ἔξεστι πορίζεσθαι, τῶν συνόντων δὲ οὔτε ἀξιομάχων ὄντων
πρὸς τοσαύτην δύναμιν, οὔτε τῶν ἐπιτηδείων εὐπορούντων,
C ὥστε διαφέρειν τὴν πολιορκίαν εὐμαρῶς. δι' ἃ πάντα πρὸς
συμβάσεις αὐτῇ συνεβούλευε χωρεῖν, καὶ μὴ αὐτῇ μὲν καὶ
τέκνοις τὰ ἀνήκεστα προξενεῖν ἐξ ἀβουλίας, αὐτοῦ δὲ μεγί-
στην πρόφασιν εὐδοξίας ἀφαιρεῖν. τοῦτο γὰρ κατὰ τὸν τοῦ
πολέμου χρόνον καὶ βούλεσθαι ἀεὶ καὶ εὔχεσθαι πρόφασίν
τινα τὸ θεῖον παρασχεῖν, ἐξ ἧς αὐτὸς τὴν ἐπιείκειαν καὶ τὴν
εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξεται, καὶ τὸ πρὸς βασιλέα φίλτρον, ὃ
ἀκέραιον νῦν ἄχρι διασώζει, καὶ οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον
κήδεσθαι τῶν παίδων διανοεῖται, λόγον ποιούμενος οὐδένα
τῶν ὅσα πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸν πόλεμον ἠγνωμονήθη.

D ρ'. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις καὶ οἱ ἄλλοι οἱ παρόντες τοὺς
V.556 βασιλέως λόγους καὶ τὴν ἀξίωσιν ἀκούοντες, ὀλίγου δεῖν καὶ
ἠπίστουν διὰ τὴν ὑπερβολήν. τὸ γὰρ τοσαῦτα πρότερον ὑπὸ
P.698 τῶν πολεμούντων ὑπομείναντα καὶ μυριάκις ἐν ἀκμῇ κιν-
δύνου καταστάντα, ἔπειτα κρατήσαντα τοῖς ὅπλοις καὶ περι-
γενόμενον τῶν πολεμίων, μὴ πρὸς φόνους καὶ σφαγὰς χωρεῖν

7. ἔστι M.

auxilium: non enim esse profecto, qui venturus sit auxilio: et ex re praesenti nullam spem salutis affulgere, cum munitiones et propugnacula ut instaurentur, et tempore aliquo et sumptu et materia indigeant, quae nunc comparari non possint. Quos autem nunc secum habeat, nec pares esse eius copiis, nec abundare commeatu, ut obsessionem facile ferant. Ob haec omnia, ut secum paciscatur monet, ne sibi ac liberis per dementiam immane malum conflet, et illi pulcherrimam gloriae occasionem praecidat. Hoc enim bello et voluisse semper, et a Deo optimo maximo precatum esse, uti aliquam sibi ansam daret, unde bonitatem, et clementiam in vivos, et amorem in defunctum demonstrare posset: quem usque nunc integrum sincerumque conservet: nec se minus modo quam antea de procuratione liberorum eius cogitare, nihili pendentem, quae per bellum adversus se improbe patrata sint.

100. Legati ceterique praesentes verba imperatoris et postulationem audientes, propter admirabilitatem vix fidem commodabant. Nam adeo multa antehac ab hostibus perpessum esse, et plus millies inter sacrum saxumque stetisse, postea armis adepta victoria, non ad

καὶ ἴσ' ἀντ' ἴσων ἀποδιδόναι τοῖς πρώτοις ἄρξασιν, ἀλλὰ A.C. 1347
μετὰ τὴν νίκην ἐπὶ συμβάσεις προκαλεῖσθαι, καίτοι δυνάμενον ὀλίγῳ χρόνῳ διαφθείρειν, κρεῖττον εἶναι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐδόκει. ἥδοντό τε οὖν ὁμοῦ διὰ τὴν βασιλέως ἐπιείκειαν καὶ ἐθαύμαζον τὴν μεγαλοψυχίαν. βασιλὶς δὲ παντάπασιν οὐ προσεδέχετο τὴν πρεσβείαν, ἀλλ' ἀπράκτους ἀπέπεμπε τοὺς πρέσβεις, ὑπὸ τῶν συνόντων πειθομένη. καὶ ὁ βασιλεὺς ἠνιᾶτο καὶ ἐδυσχέραινεν οὐκ ἀνεκτῶς μυρίοις προσπαλαίων λογισμοῖς. συνεώρα γὰρ τὴν ἔνστασιν οὐ τελευτήσουσαν ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἐκείνοις τε ἀνηκέστων κακῶν B
καὶ τούτῳ μείζονος ἢ καθ' ὅσον χρόνον ἦν ὁ πόλεμος, λύπης αἰτίαν ἐσομένην. οἵ τε γὰρ συνόντες ἅπαντες εἰς πολλῶν πεῖραν ἀλγεινῶν ἐλθόντες, καὶ οἱ ἔνδον ὁμοίως Βυζαντίου τῶν δεσμωτηρίων ἐξελθόντες καὶ μνησικακοῦντες ἐσχάτως τοῖς συνοῦσι βασιλίδι, αὐτοί τε διεπρίοντο ὑπ' ὀργῆς καὶ τὸν δῆμον ἐξηρέθιζον, καὶ ἔνδηλοι ἦσαν, ὡς καὶ βασιλέως ἄκοντος ἐπιθησόμενοι τοῖς ἐν βασιλείοις. καὶ ἐδεδίει μὴ περί τε τὴν βασιλίδα καὶ τοὺς παῖδας ἀνήκεστόν τι τολμηθῇ, καὶ οἱ συνόντες πάντες ὑπὸ τῶν ἐχθραινόντων διαφθαρῶσιν· ὃ ὀλίγῳ ὕστερον μικροῦ ἐδέησε γενέσθαι. ὡς γὰρ ἐπύθοντο, ὅτι C
μὴ τὴν πρεσβείαν δέχοιτο ἡ βασιλὶς, μηδὲ χωροίη πρὸς συμβάσεις, τὸ ἐν Βλαχέρναις φρούριον, μέρος καὶ αὐτὸ τοῦ περὶ

3. εἶναι καὶ ἀνθρ. P. et M. 11. ὁ om. P.

caedes mactationesque procedere, pariaque paribus remetiri iis, qui priores lacessiverant: sed victorem victos ad pacta conventa invitare, tametsi eos brevi spatio delere funditus liceret, excellentius quiddam quam pro humana natura videbatur. Gaudebant igitur tanta lenitate, et suspiciebant tam praestantis animi magnitudinem. Imperatrix suorum consiliariorum impulsu legationem prorsus aspernata, oratores re infecta dimittit, ex quo imperatorem tristitia molestiaque intolerabilis occupavit, sexcentisque cogitationibus in diversa rapuit. Augurabatur enim, pertinaciam istam non bene eventuram, sed ipsis mala deterrima maioremque luctum, quam toto belli tempore experti essent, parituram. Nam et illi omnes, qui cum imperatore erant, cum multa adversa pertulissent, et similiter qui Byzantii in carceribus fuerant, extreme se a proceribus Augustae vexatos meminissent, ira aestuabant populumque irritabant: et apparebat, vel invito imperatore in eos qui essent in palatio impetum facturos. Verebatur insuper, ne imperatrici ac liberis aliquid atrocius fieret, quique cum ea versarentur, omnes hostium gladiis conficerentur: id quod paulo post propemodum accidisset. Ut enim intellexerunt eam legatos reiecisse ac pacem nolle, castellum in Blachernis appellatum, partem munitionis et propugnaculorum, quibus palatium circumdatur, imperatore nesciente expugnarunt ac

A.C. 1347 τὰ βασίλεια φρούριον ὄν, Καστέλιον προσαγορευόμενον, ἐξε-
πόρθησάν τε καὶ διήρπασαν, βασιλέως ἀγνοοῦντος, καίτοι
γε τῶν ἔνδον ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀμυνομένων κραταιῶς. καὶ
οἱ δοκοῦντες δὲ περὶ βασιλίδα εὔνοι εἶναι πρότερον, καὶ τὴν
φυλακὴν τῶν βασιλείων ἐπιτετραμμένοι, ἐπεὶ τὸν κίνδυνον ἁ-
πανταχόθεν περιιστάμενον ἑώρων, βασιλίδα δὲ μὴ χωροῦσαν
πρὸς συμβάσεις, ἀλλὰ μᾶλλον αἱρουμένην αὐτήν τε ἀποθνή-
σκειν κἀκείνους συναπόλλυσθαι, ἐσκέψαντο κοινῇ τῆς σφετέ-
ρας σωτηρίας ἕνεκα καταπροΐεσθαι ἐκείνους καὶ παραδιδόναι
D βασιλεῖ τὸ φρούριον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν λόγῳ μάλιστά
τινες πρὸς βασιλέα πέμψαντες, περὶ προδοσίας διελέγοντο
καὶ δωρεὰς ᾔτουν καὶ τιμάς, εἰ παραδιδοῖεν τὰ βασίλεια αὐ-
τῇ βασιλίδι καὶ τοῖς τέκνοις. βασιλεὺς δ' οὐδ' ἄκροις ἠνέ-
V. 557 σχετο ὠσίν, ἀλλ' ἀπέπεμπε, σώζεσθαι μᾶλλον βασιλίδα καὶ τοὺς
παῖδας εἰπὼν ποιεῖσθαι περὶ πλείστου. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος
Ἰωάννης ἔτος πεντεκαιδέκατον τότε ὤν, μεῖζον ἢ κατὰ τὴν ἡ-
λικίαν ἐφαίνετο φρονῶν καὶ τῷ καιρῷ προσήκοντα βουλευό-
μενος. ὡς γὰρ ᾔσθάνετο θορυβουμένους τοὺς ἐν βασιλείοις,
στασιάζειν τε ἤδη ἀρχομένους καὶ περὶ αὐτῶν ἐπιεικὲς οὐ-
P. 699 δὲν βουλευομένους, δραμὼν πρὸς τὴν μητέρα, τόν τε θόρυβον
ἀπήγγελλε καὶ τὴν ἐπιβουλήν. καὶ ἐδεῖτο πρὸς βασιλέα τά-
χιστα πρεσβείαν πέμπειν καὶ τίθεσθαι συμβάσεις περὶ τῆς
εἰρήνης. μάλιστα μὲν γὰρ ἔφασκεν ἐκεῖνον οὐδὲν περὶ αὐ-
τῶν βουλεύσεσθαι δεινόν. εἰ δ' ἄρα καὶ τὰ δεύτερα νικῴη,
βέλτιον ὑπ' ἐκείνου κακῶς παθεῖν, ἢ ἀλογίᾳ δήμου καὶ στρα-

diripuerunt, cum qui intus erant e muris fortiter se defenderent. Qui autem antehac Augustae bene cupere putabantur, quibusque custodia palatii commissa erat, postquam undique periculum, et eam a pacificatione refugientem mori ipsosque secum perdere malle viderunt, consensu ipsam cum liberis prae salute sua neglectum ire, et imperatori palatium tradere constituerunt. Quin etiam honoratissimos quosdam ad eum mittendo, dona et honores quaerebant, si regiam cum imperatrice et liberis dedidissent. Quos imperator auribus ista respuens dimisit, testatus, eam cum liberis servatum potius velle maximopere. Ecce autem imperator Ioannes tum quindecim natus annos, supra aetatem sapere et tempori opportuna consulere visus est. Ut enim tumultuantes sensit, qui in palatio erant, et iam dissidere incipientes deque matre cum filiis nihil aequum animis agitantes, ad parentem accurrens, tumultum et insidias nuntiat: orans celerrime ad imperatorem mitti et cum eo decidi: affirmansque, nihil ab eo grave timendum. Sin secus res eat, praestare illum inclementem experiri, quam in populi dementiam

A. C. 1347 τιωτῶν ὁρμῇ περιπεσεῖν. αὐτίκα τε ἐπείθετο ἡ μήτηρ καὶ τὸν Ἀνδρόνικον Ἀσάνην τὸν βασιλέως πενθερὸν καὶ τὸν Παλαμᾶν Γρηγόριον αὐτοῦ που κατακεκλεισμένους ἐν δεσμωτηρίοις ἔνδον βασιλείων ἄγεσθαι ἐκέλευε πρὸς αὐτήν, καὶ περὶ τῆς πρὸς βασιλέα διαλεχθεῖσα πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης ἔπεμπε πρὸς ἐκεῖνον πρεσβευτάς. οἱ δὲ νομίσαντες βασιλέα B οἰδαίνειν τε τῷ θυμῷ καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον γεγενημένων παρεσκευασμένον εἶναι, πρῶτα μὲν ἐπὶ δεήσεις ἐτράποντο καὶ ἱκεσίας, ἀφεῖναι τὴν ὀργὴν τοῖς ἁμαρτήσασι, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τοῦ τῶν πολεμίων κρείττω εἶναι καὶ πάντας ὑποχειρίους ὁμοῦ λαβεῖν· ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ὅπλοις, οὕτω δὴ καὶ τῇ μεγαλοψυχίᾳ φαίνεσθαι νικῶντα, ἥπερ δὴ μεγίστη νίκη καὶ μάλιστα προσήκουσα αὐτῷ. ἔπειτα ἀπήγγελλον καὶ τὴν πρεσβείαν βασιλίδος καὶ ἐδέοντο μνημεῖον τῆς αὐτοῦ ἐπιεικείας καὶ μεγαλοψυχίας καὶ συνέσεως, τὴν περὶ τοὺς βασιλέως εὐγνωμοσύνην παῖδας ἀνεξάλειπτον τοῖς εἰς ὕστερον καταλιπεῖν. ἐλάνθανον δὲ ξυρὸν ἀκονῶντες, C καὶ ἵππον θέειν ἀγαθὸν ἐπὶ πεδίον προκαλούμενοι. ὡς γὰρ μόνον ἤκουε τοὺς λόγους βασιλεύς, πάντα ἦν ἕτοιμος ὑπὲρ τῶν βασιλέως παίδων πράττειν, ὥσπερ αὐτὸς εὐεργετούμενος, ἀλλ' οὐ παρέχων τὰς εὐεργεσίας. τῶν μὲν οὖν πρέσβεων τῷ πενθερῷ μὲν ὠνείδιζεν ἠπίως τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγνωμοσύνην ὁ βασιλεύς, ὅτι πρότερον ὑπ' ἐκείνου μηδὲν ἀδικηθείς, ἀλλ' εἰ δεῖ τι τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ μυρία εὖ παθών, ὅδ' ἠ-

11. ὑπὸ χεῖρα M.

ac militum furorem incidere. Illico persuasa mater Andronicum Asanem imperatoris socerum et Gregorium Palamam illic carcere detentos ad se adduci iussit: quibuscum de pace locuta, eos ad imperatorem legat. Qui illum tumere iracundia et persequendas bello acceptas iniurias paratum esse opinantes, primum preces et supplicationes adhibent, ut reis placaretur et hostes domuisse penitusque subiecisse contentus esset: et quemadmodum eos armis vicisset, sic et iniuriarum contemptu et altitudine animi se ipsum vinceret: quae nimirum maxima illique convenientissima victoria esset. Deinde legationem exponentes petunt, ut pietatem erga defuncti imperatoris liberos clementiae, excelsae mentis ac prudentiae suae aeternum monumentum relinqueret. At enim nesciebant se novaculam acuere et equum cursorem in campum provocare. Cum primum namque ea verba audivit, omnia se illorum causa velle ostendit: perinde ac ipse non daret, sed acciperet beneficium. Legatum vero socerum de ingrata voluntate blanda oratione increpuit, quod nulla in re offensus, sed, si verum fatendum, mille beneficiis cumulatus, tam

A.C. 1347 μείψατο τοῖς ἐναντίοις, καὶ τὸν πόλεμον κεκίνηκε κατ' αὐτοῦ.
Παλαμᾶν δὲ ἐπῄνει καὶ πολλὰς ὡμολόγει χάριτας, ὅτι πολ-
λὴν ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίου καὶ τῆς ἀληθείας κάκωσιν ὑπενε-
D γκὼν, οὐδὲν ἀγεννὲς οὔτε ἔπραξεν, οὔτ' ἐφθέγξατο ἄχρι τέ-
λους. ἔπειτα ἐκέλευε τοὺς πρὸς βασιλίδα καὶ βασιλέα τὸν
υἱὸν γράφειν ὅρκους. καὶ ἐγράφοντο ἐπὶ τούτοις, ὥστε μήτ'
αὐτὸν ἀμύνεσθαι τοὺς λελυπηκότας καὶ συνόντας ἐν βασιλεί-
οις βασιλίδι τότε, μήτε ζημιοῦν μηδὲν, ἀλλὰ πᾶσαν ἀμνη-
στίαν παρέχεσθαι τῶν πεπραγμένων· μήτε βασιλίδα καὶ
βασιλέα τὸν υἱὸν τοῖς ἐκείνῳ συμπράξασι κατὰ τὸν πόλεμον
μνησικακεῖν, μηδ' ἐπιχειρεῖν βλάπτειν, μήτε τέχνῃ, μήτε μη-
χανῇ μηδεμιᾷ, ἀλλ' ἀμφοτέροις διαλελύσθαι τὸ πρὸς τοὺς
ἑκατέροις προσκειμένους ἔχθος· κτήσεις δὲ ἔχειν πάντας
τὰς ἑκάστῳ προσηκούσας ἀπ' ἀρχῆς· συμβασιλεύειν δὲ ἀμ-
φοτέρους βασιλέα τε τὸν Καντακουζηνὸν καὶ τὸν Παλαιολό-
γον Ἰωάννην τὸν νέον βασιλέα· καὶ ἀλλήλοις εὐνοεῖν τὴν
P. 700 προσήκουσαν εὔνοιαν πατράσι καὶ παισὶ πρὸς ἑκατέρους·
ὑπείκειν δὲ τὸν νέον τῷ πρεσβυτέρῳ κατὰ πάντα καὶ τοῦ
πράττειν αὐτῷ παραχωρεῖν ἐπὶ δέκα ἔτεσι διὰ τὴν ἡλικίαν·
V. 558 μετὰ τοῦτο δὲ τῆς ἀρχῆς συμμετέχειν. τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρκοι
ἐγεγένηντο, καὶ αὐτός τε ὤμνυεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ βασιλὶς
Ἄννα μετὰ βασιλέως τοῦ υἱοῦ, ὥστε παραβήσεσθαι μηδέπο-
τε. τετελεσμένων δὲ τῶν ὅρκων, τὰς πύλας οἱ ἐν βασιλείοις

16. ἀλλήλους P.

male gratiam retulisset et bellum contra se concitasset. Palamam contra laudavit et gratias egit, quod pro iustitia veritateque gravissime afflictus, usque ad extremum nihil abiectum aut fecerit, aut dixerit. Tum praecepit iuramenta ad Augustam et imperatorem filium conscribi: et conscripta sunt cum his conditionibus. Ut neque ipse vindicaret in eos, qui se laesissent et tum in palatio cum imperatrice degerent neque multaret ullo modo, sed omnia praeterita oblivione sepeliret: neque imperatrix aut filius imperator in eos, a quibus ipse Cantacuzenus bello adiutus esset, inimicum retinerent animum, nec illis vel arte vel ulla machina nocere conarentur: sed utrinque adversum socios utrorumque odia deponerentur, omnesque quas ab initio habuissent, fortunas suas retinerent: imperarent autem ambo Cantacuzenus et Ioannes adolescens Palaeologus: seque ea invicem benevolentia complecterentur, qua patres et filii solent: iuniorque seniori potiores deferret in omnibus ac propter aetatem nondum firmatam decem annos administratione cederet, quibus exactis, aequali auctoritate cum eo imperaret. In has conditiones et ipse imperator et Anna Augusta cum filio imperatore, ut in

ὑπανοίξαντες εἰσεδέχοντο τὸν βασιλέα, ὀγδόῃ Φεβρουαρίου A.C. 1347 ἱσταμένου, ἐπὶ τοῖς πέντε καὶ πεντήκοντα ἔτεσι πρὸς ἑξακισχιλίοις καὶ ὀκτακοσίοις ἐν ἰνδίκτῳ πεντεκαιδεκάτῃ.

perpetuum servandas iuraverunt. Secundum iuramenta, qui in palatio erant, portis reclusis, Cantacuzenum imperatorem acceperunt, sexto Idus Februarias, anno orbis conditi sexies millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto, indictione quintadecima.

Corrigenda.

P. 17, 11. *et* 12. *leg.* *δυναμένοις et ἔχουσι et annot. prior delenda, in altera scrib. ἔχοντας* P. 62, 13. *παρασκευάσει.* 65, 21. *et* 70, 28. *τριηρέων.* 106, 9. *ἐπαγγειλάμενος.* 113, *in annot. κακῶν* M. pro *δεσμῶν.* 277, 14. *del. οὐ et annot.* 419, 9. *scr. χρωμένοις et del. annot.* 447, *in annot. pro* 1. *scrib.* 16 511, 12. *add. annot.* 12. *μόνων ἀρχὴν* P. 516, *in annot. scrib ἐγγεγραμμένα* (sic) M. 525, *in annot. pro* 5. *leg.* 7. *et* 15. *pro* 17. 583, 23. *scr. ὀλίγας et in annot. ὀλίγους* P.

BONNAE
TYPIS C. F. THORMANNI.